Preclarum opusculũ Dyonisii Arceo-
pagite. De diuinis nominibus.
Marsilio Ficino interprete
impressioneq3 noua
luculentum.

Collegii Anglicani

Ad usum P. Zorcae applicatus Collegio Scotorum
De Urbe

CVm & me Genius meus semel interpraetandis Platonicis destinauerit & ego magnis medicibus Platonica ferme oia dedicauerim: Caetera quidē maiorū tuorum fuerint: quae uero inter haec in primis ad Theologiam pertinēt & idcirco sacra censent ipse sacer antistes iure optimo tibi uendicare uideris. Itaq; Platonicū Iamblichu3 sacerdotē iampridē ad te misi sacra egyptio℞ mysteria ptractantē. Post haec autē ad Dyonisium Areopagitā Platonicū christianū q; Theologum interpraetandū tibi me cōtuli praecipuū Atheniensiū antistite3 summo Florentinorum antistiti dicaturus. Hunc ergo iam absolutū lege: atq; uiue foeliciter.

¶ Prohemium Marsilii Ficini in Dionysium Areopagitam.

d Ionysi dei numē Theologi ueteres & Platonici separatar℞ mentiū extasin & excessum esse putāt quando partim amore natiuo partim instigante deo naturales intelligentiae limites supergresse in amatū deum mirabiliter transformant. Vbi nouo quodā neptaris haustu: & inextimabili gaudio uelut ebriae (ut ita dixerim) debaccant. Hoc igitur dionysiaco mero Dionysius nr̄ ebrius exultat passim. Effundit enigmata cōcinit dithyrambos. Itaq; q̄ arduū est profundos illius sensus itelligentia penetrare tam difficile miras uerbo℞ compositiones. Et quasi orphicū dicendi characterem imitari: ac latinis praesertim uerbis exprimere. Idē profecto ad id facile cōsequendū necessarius oino nobis diuin⁹ est furor. Eadē pri is oratione trinitas obsecrāda. Vt qd Dionysio piae peteti lumē ad penetrāda propheta℞ apostolorū q; mysteria quondā deus īfudit. Idem nobis similiter supplicantibus ad illius sensum eloquium q; consequendū & exprimendum foeliciter nunc infundat.

¶ Argumentum Marsilii in orationem Dionysii de Trinitate.

d Ionysius Areopagita Platonicae disciplie culmē & christianae theologie columē querens diuinū lumē nō tā intelligentia pscrutat q̄ ardēte uolūtatis affectu & oratione petit. Quippe cū a Paulo mūdi sole dicerit Platone etiā cōfirmāte ipm uniuersi pricipiū esse itellectu quātūlibet excelso superi⁹. Non igit conatu quodā itelligentiae cōparari: sed in animū amore prorsus deo deditum accendi deū: atq; ibidē in ardore lucere. ¶ Hactenus q̄ ob causam ab oratione iaciat fundamentū dixisse sufficiat. Quae uero ... oris sit uirtus: & quis efficacius oret in psentia praeter mittimus. ... Recasolanum singulari nobiscum char... iam per...

¶ Prosecutio expositionis de Trinitate: & q̄ bonum est super essentia3 & propter exuberantiam lucis ignotum.

RES quilibet quo magis bonitate uigent/ eo magis sua quadā ꝓpagine se cōmunicāt. Quapropter ad īfinitū bonū propagatio ꝑtinet infinita. Cū uero duo esse infinita non possint/ merito infinita bonitas rursusq; immensa bonitatis propago/ natura sunt una/ seipsam uidelicet intra se propagās. Tum uero qm̄ omnis amor ad bonū necessario fertur. Consequens est pœnes infinitum bonum/ eiusdéq; propaginē infinitā: infinitū quoq; amorem spiritumq; amatorium ad seipsum intus existere. Dum uero tres hic quasi naturales proprietates personasq; numeramus: interea quoniam quod est infinitum nihil relinquit/ extra se sui: nec admittit aliquid alienum/ naturā unicam simplicissimamq; cogitamus. Proinde/ ac siqs naturalē solis formā/ & lucem huic intimam calefactoriāq; uirtutem/ unicam solis naturā esse dixerit. ¶ Diuina Trinitas/ non est numerus aliquis in quātitatis genere collocatus: nec etiā in substātiæ generæ. Nec insuper in essentiæ ordine cōputatus. Cum eni appetitui naturali nō sufficiat esse: sed affectet insuper bene esse: ideoq; entia singula suū quoddā bonū appetant/ atq; uniuersum ens cupiat uniuersum bonū & ipsu3 tandē ens primū similiter exoptet primū bonum/ merito bonū ipsum tanquā finis ꝑfectioq; entiū oīum/ atq; entis/ horum oīum est principiū. Et idcirco uniuersa essentia primaq; superius. Est insup eminentius deitate quauis & bonitate: per quas uidelicet aliqs alicubi deus sit: & aliquid alicubi bonū. Prima eni3 bonitas extra omne quomodocunq; bonū ac præter omnē cōpositionē absoluta pœnitus simpliciter in seipsa cōsistit. ¶ Inuisibile dicimus tū lumē q̄ minimū/ tum q̄ maximū. Hæc enim uel illud prospici: uel hoc ab oculis inspici substinerio; potest. Sed hoc rite potest super inuisibile nominari. Similiter in formis rerum materia/ itemq; rerum principium sunt ignota. Sed materiam ob lucis defectum/ ignotam dicimus. Principium uero ob excessum lucis super ignotum. ¶ Summus animæ ad deum ascendentis gradus caligo dicitur atq; lumē. Caligo quidem quatenus animus per negationes quasdam illuc usq; processit: negando uidelicet deum ipsum esse rem hanc/ aut istam: aut illa3: uel natura compertam uel a nobis excogitatam. Lumen uero/ qua ratione nō aliter de deo q̄ ita negando perspicuā consequimur ueritatem. Vt tenebre eius inquit Dauid: ita & lumen eius/ & nox tanq̄ dies illuminabitur.

℄ Deus ipse mentes tunc demum lumine suo pœnitus implet/ qñ seipsas illi quasi iam cecas/ atq; silẽtes exposuerũt. i. tum singula itelligibilia de deo negãtes: tum etiã intellectualẽ formã suã actionẽq; consuetã per diuinum amorẽ/ mirabiliter trãscendẽtes. Sic igit̃ animus ita demũ uera de deo loqtur quando nõ loquit̃.

℄ Oratio dionysii ad Trinitatẽ. Dionysius.

T Rinitas/ essentia/ deitate/ bonitate superior/ diuinę christianorum sapientiæ dux/ dirige nos in ipsum super ignotũ/ & ꝓfulgẽs: excelsumq; mysticoꝝ eloqorũ culmen. Vbi simplicia & absoluta imutabiliaq; theologiæ mysteria latẽt ad operta præfulgẽte quadã silentii clam sacra docẽtis caligine. quæ quidẽ ubi maximæ uidet̃ obscura/ ibi supra modum lucẽ profert exuberantẽ. Illic sane quod tangi uideriq; nullo modo potest splendoribus plusquam pulchris ad exuberantiam implet omnes quasi captos oculis intellectus.

℄ Bonum est super essentiam/ & intellectum nec attigitur intelligentia/ sed per uitæ similitudinem & amorem percipitur unitate. Marsilius.

Q Vatuor cognitionis species sunt. sensus. imaginatio. ratio. intellectus. Imaginatio non semꝑ indiget ad actionẽ præsentia corpoꝝ/ qua necessario sensus eget. Verũtamen corporeas quasdã in agẽdo cõditiones sequit̃. Actionẽq; mobilem habet atq; multiplicẽ. Ratio nõ sequtur cõditiones particulares corpoꝝ. Sed iã ad absoluta se cõfert. Mobilis tamen est/ & necessario multiplex. Intellectus deniq; motũ iã deposuit. Diuiduã uero multiplicitatẽ. minime. Nã/ & necessitate ordinis eam retinet/ & usu declarat/ siue definiat seu diuidat siue cõponat. ℄ Quod igit̃ principiũ uniuersi sit suꝑ sensum/ imaginationem/ rõnem. nemo aliquando philosophus dubitauit. Siquidẽ incorporeũ est pœnitus/ & imobile. Esse uero/ & intellectu intelligibiliq; superius Platonici una cũ Dionysio ꝓbant. Quippe cũ principiũ quidẽ sit ipsa simplicitas infinita. Intellectus aũt agẽdo per multiplicẽ & diuiduã actionẽ ad obiectum intelligibile dirigat̃ necessario multiplex. Quod & ꝓportionẽ quandã cũ intelligẽtia subeat. ℄ Proinde cũ ipsum intelligibile ipsi enti sit equale uel forte latius atq; ꝓstantius/ sequtur principiũ rerũ dum excedit intelligibile/ ens item multomagis excedere. Quod aũt itelligibile ens exsuperet inde patet/ quia & quæ sunt/ & quæ non sunt intelligimus. Et esse pariter atq; non esse. Et aliquid ente/ & essentia/ & ipso esse perfectius. Hinc ergo concludimus principiũ uniuersi/ qđ propter inestimabilẽ simplicitatẽ eminentiamq; ipsum unum cognominamus excelsius ente putandũ: præsertim quia ens qua ratione ens est multiplicitatem diuisionẽq; non necessario refugit; sed uel præsentem substi-

net uel futurã. Ipsum uero uni & uniuersi principii talia longe propulsat. ❡ Quecũq; ab hoc ꝓximæ ꝓcreant intellectus. s. itellectualesq; aiæ uni tatem hinc quandã quasi paternum characterem sortiuntur. Quo quidem quasi capite/ uel cardine/ uel cẽtro suo deũ quandoq; tanq̃ uniuersi centru᷒ possint attingere. Queãdmodũ Plotinus una cũ Dionysio cõprobat. Cu᷒ igitur nec rõnis/ nec itellectus usu frui deo possimus/ fruituros tamẽ/ naturalis ipsa spes & conatus ꝑfectusq; polliceat: per unitatẽ saltẽ itellectu prestantiorẽ quandoq; fruemur. Quando. s. post habitis cæterarũ uirĩu actionibus animæ totius attentionẽ totã in hanc unitatẽ tanq̃ ad centrum a circunferentia collegerimus. Hoc diuinũ illud Arpocraticũq; silentium a Mercurio. Pythagora. Socrate. Platone. Plotino. Apollonio celebratũ. ❡ Efficer uero id potest aliquãdo solus amor. Cuius ꝓpria uirtus est traductoria pariter & unifica: per q̃ animũ ab interiorib᷒ trãsferat ad supmũ suũ/ uniatq; supremo. Amor uidelicet ipsius dũtaxat unius quod est uniuersi pricipiũ/ qui sane directus ad unum animam a multitudine tum aliena/ tum sua ad propriam reuocat unitatem. Per quam ipsi uni deniq; copuletur quando scilicet amorem nunc in multa bona diuisum in unum bonum perfectæ coniecerit bonorum omnium principium/ atq; finem. ❡ Quid nam igitur ad hoc disputationes doctrine/ meditationes conferunt? Hæc sane tanquam collisiones quedam mutue luminum ipsius primi boni gratia factæ amorẽ tãdem ad ipsum in animo prorsus accendunt. Amor confestim traducit/ & unit. Mox diuinum in animo sic accenso superne lumen effulget. Hinc illud Platonis nostri. Diuinum uerbis doceri non potest quemadmodum cætera quæ discunt: sed ex diuturna circa rem ipsam consuetudine uitæq; cõiunctione subito tanquã ab igne scintillante accensum in animo lumen seipsum iam alit. ❡ Hæc Dionysius plane cõfirmat per uerba quæ sequuntur. Quibus ea quæ sunt siue entia nominat substantias incorporeas. Quæ uero non sunt/ siue non entia/ res corporeas/ atq; materiam. Extensionem autem animæ appellat amorem feruentem ad deum in anima pura ueritatisq; studiosa directum.

❡ Transcende non solum sensibilia: Sed etiam intelligibilia & quasi intelligentiam negligens/ solo solius primi boni amore te confer ad ipsum.

Dionysius.

h Aec equidem orauerim. Tu uero amice Timothee intẽrissimo circa mistica spectacula studio linque sensus intellectualesq; actiones. Et sensibilia/ & intelligibilia omnia. Et quæ sunt/ & quæ non sunt. Atq; ut ipsi iungaris qđ omni essentia & cognitione superius est teipsum

intende pro uiribus/quasi cognitione uacante; . Sola enim extensione quadam/tum a te ipso/tum ab omnibus expedita: ad ipsum diuinæ caliginis radiũ essentia sublimiorem/ sublatis oĩbus/ & absolutus ex oĩbus euolabis.

¶ Quare diuina inter prophanos diuulganda nõ sint. Et qui sint prophani. Et quomodo super ens extet unum atq; bonum. Marsilius.

Sicut Plato bis in epistolis/ita Dionysius hic & sæpe alibi uetat secretissima Theologiæ mysteria inter prophanos effundere. Ne propter iudicii defectum/excessum ue superbiæ: uel falsas uanasq; opiniones inde cõcipiãt: uel res dignas ueneratione derideant. Prophanos uero nominat philosophos exceptis Platonicis pœne omnes quia nihil altius de Deo cogitauerunt q̃ quod summus deus sit mens quedam/ & essentia prima. Nec mirum illud Platonicorum inuentum capere potuerunt ipsum scilicet unum atq; bonum esse toto primoq; ente intellectuq; superius Idq; rectius rerum principium nominari. Prophanissimos deniq; iudicat eosdem quos & Plato Epycureos scilicet atq; similes/ qui nisi quod ipsi pugno stringere possint/esse nihil putãt. Atq; ubi deum describere compellũtur ex rebus quibusdã passionibusq; corporeis immaginabilibusq; componunt. ¶ Esse uero unum ipsum atq; bonum ente superius una cum Dionysio cæterisq; Platonicis/& ĩ superioribus significauimus: & ita hic breuiter confirmamus. Latius enim hæc in theologia nostra & commentariis in Plotinum iam tractauimus. ¶ Ratio formalis entis ratioq; unius diuersa est. Nam enti quidem opponitur non ens: uni uero opponitur multitudo quẽadmodum igitur multitudo differt a nihilo/ita unum differens est ab ente. De firmitate uero rationis huius agimus in Parmenide. Item entis naturæ multitudinem intus accipere non repugnat. Vnius uero naturæ repugnat. ¶ Differant igitur inter se dicet quispiam. Vtrum uero superius? Primo quidem paria esse non possunt. Ne forte binarius quidam numerus ex his pariter coniugatis/conficiatur. Atq; ita super eiusmodi binariũ unitas iterum sit querenda. Præterea duo quedam forent equæ principia rerum cessaretq; communio in rebus & ordo. Non ergo sunt equalia. ¶ Nec rursum ens est superius uno. Alioquin ens quidem non foret unius particeps. Essetq; sic uel multitudo prorsus infinita/uel nihilum. Vnum uero uelut inferius particeps ipsius entis euaderet. Statimq; amissa simplicitate/puram similiter perderet unitatem. Est [illegible] unum ipsum excællus ente. Quapropter unum quidem simpliciter nominare licet. Dicere uero unum esse reuera non licet. Indulgendum tamẽ est humani sermonis inopiæ. Præterea non appellamus entia/nisi quæ formas/habitus/actiones

possident. Vnum uero dicimus non solum eiusmodi aliquid utputa uisu͡ʒ unum unumq; auditum. Verumetiam priuationem habituum: uelut uná cecitatem/unamq; surditatem/unumq; simpliciter habitum/ac priuationẽ pariter unam. Vnum igitur ente latius superiusq; censendum. ℂ Deniq; participatio unitatis ad priuationem materiamq; primam usq; protenditur. Neq; tamen entis hucusq; participatio. Nempe cum esse per formam distribuatur/materia prima priuatioq; quatenus cadit a forma: eatenus ab essentia labitur. Neq; tamen pariter ab unitate degenerat. Na͡ʒ propter singularem ab aliisq; secretam informitatem ferme non minus una materia dicitur: quam res formata dici soleat una. Quamuis ob defectum formæ materia minimæ nuncupatur essentia. Cum igitur participatio imperiumq; unius amplius sit entis imperio: merito unum excælsius ente coniicimus. ℂ Similiterq; bonum. Nam materia propter potentiam appetitumq; ad bonum/& necessitatem eius in uniuerso appellationem boni/nõ equæ/ac munus essentiæ amisisse uidetur. Bonum summatim atq; unum idem pœnitus esse uolumus. Bonum enim sicut unum unione cuncta perficit/& conseruat. Vnde quecunq; ab unione cadunt a bono similiter & ab essentia delabuntur. ℂ Iam uero cum ad principium rerum primum maximæ pertineat: tum simplicitas/& singularitas supereminens: tum uirtutis propagatio usq; quaq; diffusa: merito inde quidem unu͡ʒ: Hinc uero nominatur & bonum. Ac reuera propter ipsam eminentiam singularem/diffusio quoq; uniuersalis adest. Atq; uicissim ex amplissima largitate/singularis agnoscitur eminẽtia. Quæ quidem unitas propter propriam sibi summam simplicitatem omnium obtinuit principatum: atq; ob prouidentia͡ʒ uniuersam/beneficum declarauit imperium.

ℂ Confirmatio, q̧ bonum sit super essentiam/uitam/intelligentiam. Et quomodo fruamur bono/perfectius q̃ simpliciter intelligendo.

Marsilius.

IPsum bonum esse superius ente in superioribus quoq; diximus. Simili ratione esse præstantius uita confirmari potest. Quoniam uita per se nulli sufficit/nisi gratia boni. Non enim uiuere simpliciter optant: sed bene uiuere. Imo/& uitam omni bono totaq; boni spe destitutam negligunt/atq; reiciunt. ℂ Eadem ratione bonum intelligentiæ ante ponimus. Quisquis enim ad intelligendum nititur: & bonum sibi quiddam optat intelligeræ: & sperat aliquem ex intellectione profectum imo nec malum sibi quicquam eligit intelligere: sed latere/& obliuisci ne cruciet cognoscentem. ℂ Accedit ad hæc q̧ pauca quedam naturaliter obtinẽt in-

tellectum. Omnia uero bonum. Item intellectuales animæ non semper intelligentiam affectant: semper uero bonum. Rursus statim ab initio naturali quodam instinctu bonum cupiunt: intelligentiam uero & sapientiam tandem consulta quadam electione. Cum igitur bonum / & latius sit q̃ intelligentia: & a pluribus sepiusq́ʒ optetur / appetituq́ʒ magis naturali queratur: constat bonum esse superius intellectu. ¶ Summatim uero neq́ʒ essentia / neq́ʒ uita / neq́ʒ mens seipsa contenta est. Illa enim ad uitā semper annititꝰ. Hæc ad mentem: mens ad bonum tum intelligendo / tum uolendo. Bonū uero cum in resoluendo sit ultimū: ad aliud non cōtendit. Solū ergo seipso contentū est. Solū itaq́ʒ primū. ¶ Sed iuuat per hæc iterū Platonico more paulo latius euagari. Essentiā / uitā / intellectū interse differre / patet ex eo ꝙ itellectus quidē paucis uita uero pluribus: essentia deniq́ʒ q̃ plurimis adest. Cū uero distinctio hæc tanq̃ maximæ formalis & ordinata: nec ex materia / nec fortuna cōtingat / merito ex quadā distinctione ꝓcedit essentiæ uitæ intelligētiæ primæ. Distinctione inq̃ minore q̃ in rebus / saltēʒ non formali. Illic igitur nec intellectus / nec uita / nec essentia ex se existit. Intellectus enim uitam exigit quodammodo præcedentem: uitaq́ʒ essentiam. Atq́ʒ essentia per seiperfecta / dum in uitā intellectūq́ʒ ꝓcedendo perficitꝰ / proficitq́ʒ bono ex seipsa fit melior atq́ʒ optima: sed ipsius boni super eminentis munere. Quod quidem cum primum esse dedisset mox uiuere / atq́ʒ deinceps intelligere dedit. Hæc igitꝰ essentia / uita mens prima per intellectualem formam intus superne perfecta / intelligentiam paucioribus q̃ uitam impartit / ac uitam paucioribus q̃ essentia. Ipsum uero bonum / & per ipsam tria hæc impartit / & per se largitur unicuiq́ʒ bonū. Hæc Platonicæ quidem narrata sint: utcunq́ʒ christianis placet accipienda. ¶ Mirabile profecto est boni ipsius imperium. Incredibilem namq́ʒ facilitatem / cum immensa potestate coniungit. Cum enim infinitate possit omnia prorsus impellere / uim infert nulli. Omnia uel minima queq́ʒ / quasi persuasione quadam occulta facile ducit: mouetq́ʒ ultro moueri uolentia. Cumq́ʒ nihil res omnes uelint suapte natura / nisi bonum: nullius imperium magis uoluntarium / & clemētius & suauius est q̃ boni. Hinc efficitur ut potentiam quidem / & sapientiam infinitam possimus odisse. Bonitatem uero nequaquā. Cui enim proprius naturaliter amor est / inde procul exulat odium. Quoniam igitur tandem bonum consecuturi sumus? Non quidem intellectu bonum intellectu superius consequemur. Sicut neq́ʒ intelligibile sensu. Sed eadem ipsa occulta natura tandem attingemus ipsum bonū / intellectu iā uacante: qua naturaliter ab initio / & ante & pter intelligētiā assidue querebamus / & querimꝰ.

Quemadmodũ qua leuitate ignis petit lunæ concauũ: eadẽ attingit. & possidet. Non erit igitur perfecta possessio boni quasi quedã imaginaria consequtio/qualis fieri solet cognitione. Sed substantialis/ & intima per unitatem animæ facta intellectu superiorẽ præstantiorẽq; essentia. Verum cum præter intelligentiã fruitio tandẽ perficiat/merito nec qualis futura sit exprimi nobis ullo modo põt. Gustari tamẽ interim amore/ & gaudio quodam inextimabili. Quo deniq; nõ uacãnte sicut itelligentia sed crescẽte absoluitur possessio boni. Quæ quidẽ sicut amore quesita est assidue ita tribuitur & amori. Hinc Apostolus Paulus sciẽtiam nostrã in patria desinere inquit: charitatem uero nequaquam.

ℭ Prophani sunt qui deum super essentiã & intellectum esse non putant: prophanissimi qui deum ex essentia deteriore cõfingunt & imaginatione querunt. Dionysius.

h Ec autẽ caue nequis prophanus audiat. Eos autẽ sic appello/qui occupati dũtaxat in his quæ sunt atq; entia nominatur: nihil excelsius entibus (ut ita dixerim) super essentialiter esse putãt. Sed arbitrãtur cognitione sibi ꝓpria illum apprehendere qui tenebras posuit latibulũ suum. Iam uero si hos diuina mysteria supereminent: quid nã de illis quispiam dixerit? Qui longe prophaniores suppremam illam omniũ causam ex infimis quoq; rebus effingunt nihilq; hanc antecellere putant ipia simulachra uel imaginamenta/uariis formis a se conficta.

ℭ Quomodo fiant affirmationes omnium/ negationesq; de deo/ atq; de materia prima. Marsilius.

d Vo quedam potissima de rerũ principio cõmuniter cogitamus: unum quidẽ quemadmodũ omnia inde profluũt/ semperq; depẽdent. Alterũ uero queãdmodum ipsum interim est ab oĩbus eminentissime segregatum. Prima igiť ratione oĩa quæ diuinitus effecta sunt/ quatenus inde uidenť egredi/de deo possumus affirmare quasi nõ inde uenire potuerunt: nisi prius illic extiterint. Sic deũ esse affirmabis essentiam/ substantiam/ uitam itellectum/animã/naturã/cælum/elementa/stellas/itẽ formasq; rerũ ubiq; formosas. Sed ratione secunda negare rursum singula de deo debemus. Quo enĩ pacto est aliqd eorum quæ fecit? Siquidẽ est ab eis interim mirabiliter segregatũ. ℭ Est autẽ tutior ueriorq; negatio rerũ ꝗ affirmatio circa deũ. Quoniã longe plus est quod ipsius dei separatũ est a rebus/ꝗ qď rebus est quasi cõmunicatũ. Hoc enim finitum est oĩno. Illud autẽ prorsus imensum. Deniq; mentiri facilius/ affirmãdo possumus ꝗ negando. siquidem affirmatio ad itelligentiæ nostræ limites finire uideť qď

incōparabiliter est immensum. ❡ Solet apud nos negatio affirmationi sic opponi: ut nequeat simul utraq; circa idem esse uera. Vbi enī dixeris anima uel corpus/est substātia nō licet dicere uicissim non esse substantiā. Diuina uero unitas est tā efficax/ut cōtraria etiā inter se in unū in se conciliet. Cūq; sit positione & affirmatione qualibet eminētior: merito a priuatiōe quauis positioni opposita mirū īmodū seperata cēsetur/ꝑsertim quia cum nullis īdigeat/nullis unquā priuata putat̃. Sūmatim uero alio sensu affirmamus: alio uero negamus idē circa deum. Nempe cū dicis deus est essentia deum ītelligis procreare essentiam/atq; seruare. Cum iniquis iterum deus nō est essentia/intelligis deum non esse hanc ipsam quæ inuenitur: uel excogitat̃ abste essentiæ formam. ❡ His rationibus Plato noster in Parmenide omnia quamuis opposita de ipso uno affirmat pariter/atq; negat. Poterit gn etiā aliquis circa materiā primam idem fermæ facere. Verum quoniā deus atq; materia quasi inter se opposita sunt: uelut supræmum/& infimum uniuersi/probabiliter opposito quodā pacto quecunq; inter deum informemq; materiā/media cadunt/de utroq; possumus affirmare pariter atq; negare. Deum igitur dices esse uel habere rem formāq; hāc aut illā: quoniā facit eā: nec rursus habere: quoniā est superior: materia uero dicet̃ rem eādē habere uel esse: ꝓpterea ꝙ eā patitur/rursumq; negabit̃. Quia sit inferior.

❡ Affirmare omnia de Deo decet/rursusq; negare: sed negatio tutior est/ & uerior q̄ affirmatio. Dionysius.

d Ebemus sane omnes rerū positiones affirmare de deo / tanq̄ de oīum causa Vicissimq; potiori quadā rōne easdē oēs de Deo negare tanq̄ cūctis excelsiore. Neq; uero putādū est/negationes eiusmodi/ affirmationibus repugnare: sed ipsam uniuersi causam quæ omni nō solū ablatione sed etiā positiōe altior est/lōge prius priuatiōes oēs exsuperare.

❡ Quomodo deus apparet in silentio/& post transitum summitatum/& in caligine. Marsilius.

m Ens circa deuꝫ tres (ut uidetur) gradus agit. In primo uerbis q̄ plurimis utitur. In secundo paucis. In tertio nullis. Quā plurimis inq̄ ubi quotcunq; obcurrunt de deo affirmat pariter atq; negat. Paribus quidem uerbis/sed ratione diuersa. Paucis aūt/ubi relationibus utitur referēdo uidelicet res ad deū tanq̄ ad principiū/finē/ mediū conseruanteꝫ/ conuertentē/perficientē. Nullis aūt/quando nec ulterius res ad deū refert/ neq; uicissim. neq; negat qcquā. Neq; dependēs a deo aliqd/Deo/quodam modo reddit affirmās. Sed ipsum deū mox affirmatura/sermonē rūpit in imum/siletq; protinus/ne affirmando finiens insolenter reportet pro in-

finito finitū. ℭ Tūc igitur si quatenus sermo remittit̃/ eatenus intēditur amor/boni/stati(ut diximus)in hoc ipso incēdio pœnes bonū/effulget bo ni lumē/spiratq; bonū. ℭ Oportet uero animā huc accessurā tres saltē(ut ita dixerim)sūmitates pœnitus trāscēdisse.s.corporeā/aialē/ intellectualē/ summitatē quidē corporeā cogitamus ubi cæluꝫ fingit̃ / quasi nouū/tanto pulchrius hoc cælo/quāto cælū hoc est terra formosius. Animalē uero ubi in una aia cōfingit̃ oīs anima & q̄libet exuberās intellectu. Intellectualē de niq; si quādo intellectū excogitamus. Sic oīformē/ ut omnes formas/ omnesq; præferat intellectus. Vltra sūmitates eiusmodi extat ipsum bonū tan quā ultra sonos uerbaq;/& lumina prius in mēte patentia. Habitare uero dicitur in caligine. Quoniam cum primum nihil amplius ex his apparet quasi obrutis iam caligine/apparet bonum: his tanto saltem clarius/quanto meridiana lux profunda nocte fulgentior.

ℭ Sermo de deo/tum plurimus rite/tum paucissimus / tum deniq; nullus haberi potest.deus super essentiam/& intelligentiā habitat. Dionysius.

h Ac igitur rōne diuinus Bartholomeus ait:theologiā esse plurimā/ atq; paucissimā.Ipsumq; euāgeliū esse tū latū/magnūq;/tum cōcisum.Mihi quidē mirifice intellexisse uidet̃ eū qui circa bonā omniū causam uersat̃/rite posse tum multis uerbis uti/tū etiā paucis / tum deniq; nullis.Quippe cū pœnes eam & uerbū & intelligētia cesset. Propterea q̄ quadam super essentiā ratione omnia supereminet.Solisq; illis sublato ue lamine reueraq; fulget q uicūq; omnia non solū impura:sed etiā pura tran silierūt oēmq; oīum sanctoꝝ culminū ascēsum iā transcēderūt. Et cūcta diuina lumina & sonos/sermonesq; cælestes deseruerūt/atq; eā protinus caliginē subiere. Vbi illæ reuera est/ut sacra tradūt eloqa/qui oībus ē excelsior.

ℭ Quomodo purgetur animus/per quot gradus ascēdat ad deum. Quō de⁹ sup itellectū & itelligibile habitet:quæ sit platonicoꝝ opinio.Marsili⁹.

a Nimus diuini montis fastigium ascensurus/in primis cūctis exhortationibus amore solo primi boni est inflāmandus. Et quoniā superni caloris officiū est/ab iferioribus nos purgare/amoris diuini flagrātia purgandus est/tū ab affectibus/tum ab imaginationibus singularū reꝝ corporeaꝝ. Tū uero mōstrāte disciplina/eodēq; interim amore duce/traducēdus est ad cōtēplādas formas a corporib⁹ separabiles atq; separatas.i.ad intellectuales aias & angelicos itellectus. Sol nāq; diuinus in animis qdē fulget/uelut in luna/in angelis aūt uelut in stellis. ℭ Vtrobiq; igitur mentis oculus ad solē impotens/facilius tanquā familiaria lumina con tuetur quibus conspiciendis/& solem inde diuinū/auguratur/ & aciem ad

idem uel intuendū/ uel quomodocunq; percipiendum assuefacit. ¶ Hactenus exhortatio quidē purgauit. Sed disciplina monstrauit. Amor autē & emundauit & hucusq; pduxit. Amor igit cū amato tandē fœliciter copulabit amantē. In ea uidelicet nube/ubi postq̄ naturales oculi sub exuberante lumine caligarūt bonū ipsum benefica gratia illuxit & adspirauit amanti. ¶ In hoc autē ascēsu actiones ac uires aīarum/ & angelorū īprimis obcurrunt. Mox uero substantiæ illas sane sub nomine uocum has autē sub appellatione luminum Moses ipse significat. Annuit etiā purgatis interdu3 animis/intellectuales notiones ob mirabilem efficaciam/ usq; ad purissimos sensus uisum scilicet & auditum per imaginationem se transferre/ quasi sub forma quadam luminum atq; uocum. ¶ Proinde ubi Dionysius ait ipsum bonum super summitates intelligibiles locorum suorū incedere. Plotinus & Iamblichus. Proclusq; dicēt ītelligibile quidem intellectui/uelut inde formabili præferendū. Immensum uero bonum anteponendū ītelligibili ꝓportionē quandā cū intelligētia subeūti. ¶ Micto īpræsentia distinctionē illā Proculi ubi sūma post primū numina uocat ītelligibilia. Infima uero/sed interi3 mūdō supiora potius intellectualia nūcupat/ formāda uidelicet a supnis. Sed media utriusq; appellationis mistione cognominat. Missus etiā facio tres illas apud Proclū substantias/triaq; sub primo principia. Essentiā/uitā/mentē. Probabilius cū Plotino tria hæc apud superos ratione quadā inter se differre dicemus potius q̄ substantia. Sed Plotinus quidē unū hoc sub primo cōstans ex tribus asserit uniuersi principiū. Videlicet a primo ꝓgenitū. Dionysius aūt/quē libētissime seqmur nō unū aliqd eiusmodi tanq̄ principiū sub principio collocat. Sed diuinas deo mētes subigit ex his tribus essentia uita ītelligētia diuinitus cōstitutas: mētesq; eiusmodi partim intelligibiles partim ītellectuales: ideo nūcupat. Quoniā inde qdē ꝓpter luminis abūdantiā capaci cuilibet largissimæ sese offerūt: Hinc autē obsereníssimā pspicaciā. Lumē quodlibet ueritatis ipsius facillimæ diaphani more suscipiunt. ¶ Deniq; bonum ipsum regionē intelligibilē supeminet: siue regionē eiusmodi: platonico more primū ipsum ītelligibile nominesītelligibiliū specierū omnium fontē inter se formaliter differentiū. Siue substantiam q̄libet separatam perspicacem pariter atq; lucentem.

¶ Confirmatio superiorum & quomodo fruamur deo permodum quēdam intellectu præstantiorem. Marsilius.

h Oc super cæleste cælū stellarū suarū. i. ītelligibiliū formarū plenū/ sol diuinus habitat quidē: stellæ enī solis lumine/lucent: sed mirabiliter supereminet. Cælum hoc intellectu uidere potes solē uero nē

substinet intellectus. Qui & in oppositū te deducit: actio enī tū rōnis quasi mobilis/tū mentis quasi multiplex & finita ad aliquid mobile/multiplex finitū/quod principio est oppositū/te retorquet. Actio igit̄ eiusmodi cū primum intelligibilia per eā consequtus fuerit post habenda est. Hucusq; tantū confert. Vlterius ipedit. Quēadmodū imaginationis usus ad intelligentiæ principia cōfert. Vlterius obstat. ℂ Confirmatur hoc etiā per platonicū illud. Sol cōspicuus in mūdo nobis est imago boni. Sol qdē tā uisus generat q̄ uidenda & suscitat ad agendū. cūq; oculis uidenda coniungit. Similiter ipsum bonū ad intellectus oēs itelligibiliaq; se habet. Hæc Plato cum igitur intellectus nō tā sua q̄ diuina uirtute res consequat̄ intelligendas cōsequens est ut nulla pœnitus facultate sua bonū ipsum assequi possit: igitur deo frui non est ad deū agere: sed potius agi deo. Non est aliqd per se hauri re/sed aliunde prorsus impleri. Nō est per intellectū uersari circa bonum: sed amore transferri. Atq; ipsa unitate nostra intellectu superiore ipsi uni bonoq; pœnitus copulari. Vbi sane animus omnē prorsus actionē affectionemq; & ad alia & ad seipsum iam deposuit. Exuit & formā suā. Induit iam diuinā: ut etiam Plotinus ait. Iamq; sic agit ut deus sicut aurum ignitum in Apocalypsi celebratū/agit ut ignis: & animatū corpus ut anima. Atq; anima sublimis intellectu formata/tanq̄ intellectus agit. Intellectus igitur reformatus in deum/agit deniq; tanq̄ deus.

ℂ Ascensus ad deum per purgationem animi atq; per transitum intelligibilium specierū. Fruitio dei per aliquid intellectu præstātius. Dionysius.

Vre igitur diuinus Moses diuinitus admonet̄ primo quidē ut mūdetur ipse. Rursumq; ut se separet ab immundis. Atq; post omnē expiationeʒ buccinarum clangores uarios audit. Cernitq; lumina multa puros atq; multiplices radios diffundētia. Post hæc a turbis uulgaribus segregatur. Atq; cū scelestis sacerdotibus ad diuinarum ascēsionum fastigia sese cōfert. Ibiq; nō cū ipso quidē deo cōmeritū habet. Nec ipsum cernit. Nō eni est uisibilis: sed locū potius ubi stetit. ℂ Hoc aūt/ut reor significat: diuinissima/& suprema queq; uisibiliū atq; itelligibiliū/esse rationes quasdā suppositorias significasq; eorū/ quæ subiecta sunt oīa trāscēdēti deo per quæ dei p̄sentia oēm intelligētiā superans super intelligibiles sanctissimorū ipsius locorū sūmitates incedēs. Tūc igit̄ ipsa quoq; uisibilia & uidentia intelligibilia ue dimittēs/ipsam īgredit̄ ignorationis mysticā reuera caligineʒ. Vbi omnes cognitorias perceptiones excutit. Atq; in eo qui tactū pœnitus: uisumq; refugit/iā cōsistit: totusq; euadit ipsius qui oia superemi net. Tūc sane nec sui iuris est: nec est alterius, Sed ipsi qui pœnitus est inco

gnitus/cognitionis omnis uacatione per aliquid cognitione præstãtius est unitus. Ex eo enim q̄ cognoscit nihil/intelligentiã trãscendẽdo cognoscit.

¶ Quomodo auferendo gradatim ascendamus ad deum tum in homine tum in mundo toto/tum in sole. ¶ Marsilius.

I fecit deus hominẽ ad imaginẽ suã/certe est in homine statua dei/ q̃uis additamẽtis abscõdita. Primo igitur separa corpus ab anima. Secundo: ab eadem corporeas passiones. Tertio: Imaginationes a rõne. Quarto: rationales discursiones ab intellectu. Quinto: Intellectualẽ multiformitatẽ ab ipsa animæ unitate. Sexto ab hac unitate animalẽ itellectualẽq̄ cõditionẽ. In septimo gradu (ut arbitror cõquiesces. Inuenies.n. ipsam simpliciter unitatẽ.i.deum sub tali quadã unitate latentem. ¶ Mundum quoq̄ deus statuã suã fabricatus est. Sed uelaminibus multis opertã. Subtrahe primo materiam. Relinque cætera. Iã habes ubiq̄ cælũ cui multi materia ademerũt. Deme rursum cælesti huic mũdo dimẽsionẽ. Serua formas oẽsq̄ motus formarũ. Nactus eris aiam uniuersam. Tolle si placet motus: formis oĩno seruatis. Vniuersum mox possides intellectũ: sed huic auferto diuisos inter se uelut in cælo formarũ radios. Accipe lumẽ ipsum in se principium radiorũ/nec dispersum per radios: nec certis radiorũ speciebus determinatum: sed absolutissimũ & simplicissimum & imẽsum. Quod & ipsum bonũ est omni semper intelligẽtiæ uoluntatisq̄ conatu quesitu ȝ. Hac igit̃ ratione gradatim auferẽdo/deũ ipsu ȝ primo ex mũdo paruo: rursumq̄ ex mundo magno fœliciter inuenisti. ¶ Tertio: forsan inuenies similiter ex mundo solari. Cogita colores omnes lucesq̄ rerũ: ita ex sole profluere sempq̄ seruari/ut nihil ferme sint aliud q̃ solis ipsius lumẽ/sub rebus occultũ. Quãobrẽ si abstuleris a coloribus ubiq̄ terrenis/ terrenã crassãq̄ mysturã. A coloribus uero nubiũ quandoq̄ fulgentiũ aqueũ terreũq̄ fummum. A lucibus tandem igneis stellaribusq̄ mysturã igneã proprietatẽq̄ stellarẽ. Atq̄ his ita sublatis/lucem pro uiribus cõseruaueris. Soleȝ iam habebis. ¶ Vbi si molẽ/ꝓprietatẽq̄ solis ademeris / luce seruata / reportabis ex hoc sole deum/solis reuera solẽ. Certis inde remotis limitibus per immẽsum regnantẽ ubiq̄ totum. Sic enim beneficiũ primi boni lumẽ rebus oĩbus inde bonis & pulchris & appetendis est/ infusum/ quemadmodũ solis lumẽ coloratis oĩbus/atq̄ lucẽtibus. Nec nõ similibus ferme gradibꝰ distributũ. Sed qũo ꝑ gradus rerũ q̄bus uel rõnibꝰ ascẽdat̃ ad deũ. In lib. epl'arũ secũdo & in theologia: ac lib. de raptu Pauli ad tertiũ cælũ latiꝰ disputamꝰ.

¶ Quomodo auferendo omnia quæ sunt/ procedamus ad Deũ. Et cõtrariã ratione auferamus atq̄ ponamus. ¶ Dionysius.

h Anc nos prælucidam caliginem ingredi præcamur. Atq; per uisus cognitionisq; uacationẽ/uidere & nosse qđ est uisione notitiaq; superius. ℂ Ex hoc ipso uidelicet ꝙ nec uideam⁹/nec aliqd cognoscamus. Hoc.n.est reuera uidere ac nosse. Et eũ q̃ essentia eminẽtior ẽ/mõ quodã sup eẽntiã/ex oĩum uidelicet quæ sũt ablatione laudare. Queadmodũ q statuã idigenã fabricãt/auferẽtes oia quæ circũ apposita ipediũt perspicuũ formæ latẽtis ituitũ: solaq; ablatõe pulchritudinẽ ipsam in se pãdẽtes occultã. ℂ Oportet aũt ablationes ut arbitror cõtra ac positiones celebrare. Positiones.n.incoãtes a primis: ac per media ad ultima descendentes adhibeamus. At in auferẽdo uicissim a postremis ad prima dispositis gradib⁹ ascendẽtes oia tollimus. Vt sub moto uelamine ignorationẽ illã cognoscamus: quæ sub oĩbus cognobilibus in entib⁹ oĩbus delitescit. Illãq; caliginẽ essentia supiorẽ pspiciam⁹ q̃ ab uniuerso lumĩe i his q̃ sũt emicãte nobis occulit.

ℂ De trinitate & imagine trinitatis. ℂ Marsilius.

ſ Olẽ una cũ Platone diximⁿ esse cõspicuã boni ipsius imaginẽ. Figẽ igit̃ ex intima luce quæ uiget in cẽtro solis tria lumina intrinsecus emicare: primũ p altitudinẽ solis effũdi. Secũdũ p latitudinẽ dilatari. Tertiũ ꝓfundo pœnitus occupare. Ex primo. Secũdũ. Ex secũdo cũ primo. Tertiũ originẽ ducere. Esse inuicẽ cõiũcta pariter & distĩcta. Silr̃ in ipso bono tria quedã bñficia lumina/sic emicare ut extrĩsecus nõ ꝓsiliãt. Quæ una cũ pululatiõe pmaneãt: ac uicissi ꝫ pululẽt pmanẽdo. Atq; ipa germinatione iter se distiguant̃: rursusq; natura sint unũ. Possũt uero lumina quodã mõ ẽt angelos designare eorũq; cũ deo & iuicẽ unionẽ. Reliqua satis patẽt.

ℂ De bonitate diuina. Vnitate. Trinitate. Iesu appellationibus. Figurisq; diuinis. ℂ Dionysius.

i N eo libro quẽ de theologicis ĩstitutionib⁹ ĩscripsimus/ quæ sint affirmãtis theologiæ præcipua/diximus. Quõ diuina bonaq; natura dicit̃ unica. Quõ ibidẽ trinitas. Quæ pœnes hãc ipsam naturaꝫ sit ipsa patris: q̃ filii notio. Quid significet spũs scti theologia. ℂ Qua rõne ex incorporeo indiuiduoq; bono ĩtima bonitatis lumina pulularũt. Permanẽtq; itus nõ exeũtia nec discedũt a mãsione in ipso & in seipsis & iuicẽ. Quippe cũ hæc ipsa permansio pullulationẽ ppetuo comitet̃. ℂ Quo itẽ pacto supior essẽtia. Iesus uerã possidet humanæ naturæ substãtiã. Et quæcũq; alia a sacris litteris demõstrata in eo ope celebrauim⁹. ℂ Sed i libro de diuinis nominib⁹/qũo bonus appellet̃: qũo ens. Vita sapiẽtia/potestas/ cæteraq; eiusmodi ad appellationẽ diuinã.s.intelligibilẽ pertinẽtia. In theologia uero p figuras significatiua/tractauim⁹ q̃ sint a reb⁹ q̃ sentiũt̃ appellatio

nes ad diuina trãslatæ. Quæ formæ diuinæ. Quæ figuræ. Membra. Instrumenta. Quæ loca diuina. Quæ ornamenta. qui furores. quæ tristitiæ. indignationes. ebrietates. crapule. iuramenta. execrationes. Somni: exprectiones. Et quecũq; alie. Significatiue theologiæ figurantis deuz formationes sunt sacra ratione conficte.

Ⓒ De gradibus uirium cognoscentium. Atq; rerum cognoscendarum. Et quare sermo de rebus supernis uerus/breuis esse soleat. Dionysius.

Sermo de rebus superioribus uere & pro ipsa natura rerũ habitus/ breuior q̃ sermo de rebus inferioribus/quod & plato plotinusq; cõfirmant/ esse debet. quod quidẽ tum ex uiribus cognoscentibus tũ etiã ex rebus cognoscẽdis asseuerari potest. Imaginatio una paucioribusq; actibus efficit/quotcũq; sensus multi actibusq; multis efficiunt. Ratio una quadam uniuersali spẽ sæpe cõplectitur plurima quæ per imaginationem formis pluribus singulatim pcipiunt. Intellectus ĩmobili quodaz subitoq; intuitu cõspicit quæ ratio per uariũ discursuz aucupatur. Et quo sublimior intellectus est/ ꝓpter efficaciã tum nature tum exemplaris formæ/ eo pauciora plura cognoscit & efficit. Sicut enim oculus figurã circularẽ uno quodam semel intuitu iudicat/ quã cecus tactus sæpius attractãdo perpẽdit/ sic intellectus omnis se habet ad rationẽ. Rursumq; ad intellectũ inferiorẽ superior intellectus. Ⓒ De uiribus quidẽ cognoscẽtibus hactenus res qnetiã cognoscẽde quãto superiores sunt/tanto gradatim numero quidẽ pauciores. Ampliores uero uirtute: utraq; igit̃ ratione sermo legitimus de rebus supernis breuis est. Notio uero ampla quæ forte si ampla non fuerit/ut minus saltẽ mẽtiaris uel repetas/sermo debet esse breuissimus. Tandẽ in ipso deo ad modũ intellectu superiore/nõ solũ discurrẽs oratio tã interior q̃ exterior/sed etiã intelligẽtia cessat. Verũ quod deest intelligẽtiæ/amore quodam & quasi gestu & tactu unitateq; & gratia compensatur. Sed hæc latius una cum Plotino in commentariis in eum iam tractauimus.

Ⓒ Sermo de rebus altioribus debet esse breuior. Dionysius.

Eor autem/te depræhẽdisse extrema uerbis esse ꝓlixiora suppræmis. Oportebat sane thæologicas institutiones: explicationemq; nominũ diuinorũ breuiori q̃ theologiã significatiuã sermone tractari. Quatenus enim ad sublimiora contendimus/eatenus sermones ipsis intelligibilium conspectibus contrahuntur. Queadmodũ nunc caliginem illã subeuntes/quæ superat intellectum: nõ solum in sermonis breuitatem: sed etiam in silentium omnino uacationẽq; intelligentiæ protinus incidemus. Ⓒ Iam uero illic quidem a suppræmo ad infima descendens oratio/

pro quantitate descensus ad latitudinem descensui congruam gradatim ex tendebatur. Nunc autem ab inferioribus ad sublime sermo conscendens/ pro modo ascensus/ paulatim euadat angustior. Itaq; post omnem ascẽsũ obmutescet omnino totusq; ineffabili coniungetur.

❡ Oia formã aliquã pferẽtia affirmari de deo possũt atq;/ negari. Sed affir matio qdẽ a supiorib⁹ negatio aũt ab iferiorib⁹ incohãda. ❡ Marsilius.

Eus summus super omnẽ positionem extat: quoniã est bonitas in
d finita. Non potes ergo aliquid tam bonum adhibere deo: quin me lius aliquid reliquũ sit ulterius adhibendũ. Est etiam super omnem ablationẽ/ quoniã est unitas eminẽtia simplicitas infinita. Imo etiam pri ma ratione omni est ablatione superior. Quãdiu enĩ licet aliqd admouere deo tanq̃ inde profectum. Tamdiu idem & remouere fas est tanq̃ hoc ipso q; est inde/ nõ sit illud. Est autẽ sub illo semper/ & inde qcqd boni repereris uel inueneris. Proinde uerisimile est affirmare de deo quecũq; formã actio nem ordinẽ habẽt. Verisimilius aũt affirmare de primo perfectiora q̃ iper fectiora atq; uicissim probabilius iperfectissima queq; q̃ perfectiora nega re. Si igitur perfectissima primũ affirmaueris/ nondũ affirmasti sequentia. Itaq; sermo reliqua gradatim afferens superfluus iudicari non poterit. Sin autem perfectissima primo negaueris semel cuncta negasti: frusta iam reli qua negaturus. Quãobrẽ si omnia deinceps media pcurrere rite uolueris: supiora qdẽ affirmabis ĩfimis. Vicissimq; ante alia recte inferiora negabis.

❡ Affirmatio rerũ de deo cõtraria uia pcedit atq; negatio. ❡ Dionysius.

Ortasse queres: quare cũ a primo diuinas positiones incohare so
f leamus uicissim auferre ab extremis icipiamus. Quoniã uidelicet qñ ponim⁹ circa illud qd' positionẽ oẽm exsupat suppositoriã affir mationẽ oportet ab eo qd ẽ illi cognatius/ exordiri. Cõtra uero qñ circa il lud auferim⁹. Quod ablationẽ oẽm excedit ab his quæ lõgius ab eo/ distãt: rite icohamus ablationẽ. Nõ ne deus magis est uita/ & bonitas q̃ aer atq; la pis? Vicissimq; potius nõ crapulat: nec irascit̃ q̃ nec dicit̃/ nec itelligitur.

❡ Vnũ est oium principiũ/ nec est aliqd sensibile/ uel itelligibile/ sed utrisq; interuallo quodã infinito præstantius. ❡ Marsilius.

Vo quæ sequũtur capita/ cõfirmãtia deũ esse causã oium/ tã sensibi
d lium q̃ intelligibiliũ/ cõtra Manicheos adduci possunt: quos & Plo tinus confutat introducentes principia duo. s. summũ bonũ/ atq; summũ malũ. Et illud quidẽ itelligibiliũ. Hoc aũt sensibiliũ esse principiũ. Hos etiã nos in theologia & una cũ Plotino refellimus. Quoniã qd summũ fingit̃ malũ: nec actionẽ habet: nec essentiã. Nihil. n. habet boni. Hæc aũt ex

petuntur ut bona. ℂ Præterea cum etiam sensibilia bona/pulchra ordinata utilia sint non a malo sunt pricipio: sed a bono. Quod Moses cõfiteri cõpellit. ℂ Deniq; nisi utraq; ab eodẽ principio depẽderẽt cõmunionẽ inter se nullã habere possint. ℂ Ratio uera dictat/quẽadmodum proprius quilibet rerũ ordo ad propriũ reducit caput unũ/sic uniuersalẽ rerũ oium ordinem ad unũ oium uniuersale caput deniq; referẽdum. Si eni quo altior causa est eo latius longiusq; suũ dilatat imperiũ altissima certæ causa uim suam actionemq; per oia porrigit. Quæ cũ sit causa causarũ prima/proculdubio est maximæ causa. Omniũ igit causa est tã cõseruans ubiq; singula q̃ efficiẽs reliquas in theologia & Plotino ad idẽ rationes adducimus. Quãobrẽ Dionysius noster deũ appellat oium tam sensibiliũ q̃ intelligibiliũ auctorẽ. Addit esse causam eminenter. Cætere nanq; causæ nõnullã habent cum effectibus suis proportionem. Quoniã & causæ & effectus sub eodẽ uniuersali rerum principio cõtinẽtur. Sic igitur sphæra ignis cũ effectibus calidis proportionẽ habet. Imo/& Mars: atq; sol cõfirmantibus id Platonicis. Prima uero causa quod/& Plato demonstrat nulla ad opus aliquod proportione: sed absoluta prorsus infinitate facit. Alioquin non foret summopere simplex/atq; prima. Cum igitur causa prima per simplicem eminentiam agat oia/tam sentienda q̃ intelligenda/merito nihil est eorũ. quãdo nec proportionem quidẽ ullam habet ad illa. ℂ Negaturus autẽ Dionysius deo cuncta/ne forte uideatur deum prorsus emedio tollere: proponit imprimis ea dumtaxat conditione se negaturum minus bona ut semper intelligatur supra modum meliora daturus. Quando negamus animam esse essentiã corporalẽ/nõ negamus simul esse essentiam meliorẽ scilicet incorporeã. Negamus similiter deum esse in ordine essentiæ etiam transcendentis: quæ in essentiam corpoream & incorpoream potest diuidi/& in se existentem/& alter adherentem & similiter ad omnia deriuari/singulatimq; finiri. Concedimus tamen deum esse essentiam transcendente simplicius absolutam. ℂ Negantes iterum deum esse uitam quæ est actus essentiæ: non prohibemus esse uitam/huiusmodi uitæ causam. Rursus quando negamus deum esse rationem/uel intellectum indagatorem luminis/ atq; boni/ non negamus tamen esse intellectum luminis/ boniq; causam intellectibus. ℂ Sed quis a deo demens est ut intellectum dicat irrationalem? ℂ Quia rationis ambagibus non indigeat. Aut rationem appellet cecam/quoniã absq; præsente oculi misterio uideat. Ita nec deum amentem suspicari fas est. Quoniam cum sit ipsum lumen bonumq; a mente perceptum/mentis usu nõ indiget. ℂ Negat Dionysius in primis deum esse corpus. Deinde nec esse

nec habere conditiones passionesq; corporeas:siue in corpore sint/siue circa corpus. Nos ergo uicissim ex eo ꝙ conditiones/defectus/passiones contingentes/corpori/rerum principio/nō cōtingunt/consequēter illud non esse corpus argumētari ualemus. In theologia quinetiā nec esse formā corpori adherentem:nec formā rursum huic forme proximam latius declaramus. Ascendit uero Dionysius negando ab inerti corpore ad formā corporis:quodammodo efficacem idest accidentalem. Ab hac ad efficaciorem substantialem:sed nondum uiuam. Ab hac ad uiuam : sed irrationalem. Quæ est ita summum sensibilium sicut est intelligibilium ultimum.

¶ Quod nihil sensibiliū ē q sensibilis oīs eminēter ē auctor. ¶ Dionysi⁹.

c Ausa omnium/omnia supereminens/ nec essentia.nec uita/nec ratione/nec mente capta est. Neq; est corpus nec figuram uel speciem:nec qualitatem/aut quantitatem/aut molē habet: nec est in loco/neq; cernit̃. Neq; sensibilem tactum habet. Nec sentit : nec est sensibilis. Neq; perturbationi ordinis experti obnoxia est a passionibus/uidelicet materialibus agitata. Rursus/nec est in ualida sensibilibus uidelicet subiecta casibus. Nec luminis indiga.nec alterationem/uel corruptionem/ aut diuisionem/aut priuationem ullam admittit. Nec aliud quicquaȝ sensibilium/aut est/aut habet.

¶ Quibus gradibus negantur de deo intelligibilia scilicet primo quæ pertinent ad animam deinde quæ ad intellectum/tertio quæ ad ideas / quarto quæ ad cōmunes dei appellationes/quinto quæ ad trinitatē. ¶ Marsilius.

n Egaturus de deo ītelligibilia omnia exordiū facit ab his quæ ad genus intelligibile tanq̃ ultima redigunt̃. Ab aīa. s. uegetali pergens ad sensualem. Ab hac ad imaginantē. Hinc ad aīam quasi rōnalē sagacissimarū. s. bestiarum. Hinc ad rationalem. i. humanā. ab ipsa huius ratione:ad eiusdem intelligentiam/hinc ad angelicū ītellectū. ¶ Ab itellectu ad ideas. Sūt. n. ideæ in ītellectu quasi cælo stellæ. Quæ in ītellectu angelico sunt eius supræmū. Sed in diuino quasi sūt ultimū. Inter ideas collocat ideas numerorꝝ/mox uero ꝓportionū numeros comitātiū. Vbi cōmemorat ordinē. Itē ideas dimēsionū q̄ resoluūt̃ ī numeros. Vbi de magno paruo eq̄li loqt̃. Præterea qualitatū ideas suis quodāmō dimēsionib⁹ īdigētiū. Vbi similitudinē dissimilitudinēq; adducit. Tū uero ideas actionū q̄ sequunt̃ ex q̄litatib⁹. Loquēs uidelicet de motu atq; qete. accedūt ideæ formarꝝ substātialiū. s. elementaliū sub potētiæ noīe. Ideæ rursus cælestiū sub luminis cognomento. Ideæ quinetiā aīarꝝ corporibus cōiūctarū appellatione uitæ. item separatarum sub essentiæ cognomento, angelorum quoq; æternitate signa

te. Eternitas autem secum trahit tempus uelut imaginē. Demū idea est diuine fruitionis sub intelligibili tactu. ¶ Hactenus de sublimitate diuina negauit & dotes animarum mentiumq; & omnes quæ quomodocunq; intelliguntur ideas. Et merito/quoniam eiusmodi queuis idea singulatim definitum quiddam est, ac simul cunctæ/compositum. Præterea deus agit omnia pariter & in omnia. ideæ uero ita inter se distinguntur / ut non possint ab una omnes esse. Imo & opponuntur. s. idea status/ ideæ motus. Similitudo idealis: Ideali dissimilitudini. deus igitur cum ideas omnes equaliter proferat. Nec aliqua earū est quæ intelligunt a nobis neq; etiā cunctæ. Sed quis non uiderit? Si deus ipse idea paruitatis fiunt/aut motus/ aut diuersitatis: nō effecturū magnitudinē & statū/ & unionē. Quibus aūt rationibus talia quædā de ipso uno Plato in parmenide neget/ & prolissum narratu foret & ī præsentia minimæ necessariū: de his eni in cōmentariis in Parmenidē disputamus. ¶ Negat post hæc absolutas quasdā appellationes: quæ cōmuniter deo digne uident. Vbi ad ueritatis appellationē puenit reliquorū q; similiū. tollit tandē e medio notiōes humanas de relationibus illis qbus diuinæ psonę iter se distigunt. Notiones. n. eiusmodi itelligibiles sūt poti⁹ q̄ diuinæ pro intelligētiæ nostræ captu cōcepte. Imo & quecūq; sub luminis a supræmis angelis naturaliter cōceptæ sunt / deo inferiores existunt. ¶ Docet & cognitionis modū/ quoniam est actio intus permanēs/ pro natura cognoscentis effici ideo nec aliqd entiū/ intellectualiūq; cognoscere aliter q̄ essentiali intellectualiq; rōne. Talesq; cōceptus intra se formare. Ideo deū essentia/ intellectu intelligibili lōge superiorē/ eiusmodi notionib⁹ minime circunscribi. Sed uerisimile tunc intelligi/ quando iudicatur absolute intelligi nunq̄ posse. Tum uero deum inquit omnia quæ sunt cognoscere/ non ea conditione qua sunt. Sed pro natura dei. Essentia igitur (ut ita dixerim) superenter/ intelligit: imo & super intelligit. Multa unice. Composita simpliciter immutabiliter mutabilia. Præsenti momento præterita pariter & futura/ uelut sibi cuncta præsentia. ¶ Ait deinceps nec figurari quidem & designari deum per quæ forsan designari putatur. Nec enim sermonem nos habere de deo: quia neq; nomen ex quo sermo componitur. non inquam nomen. Quoniam neq; cognitionem. Quæ quidem est ratio prolati nominis primumq; nomen sed hæc satis in Parmenide Plato declarat. Videbitur igitur deus esse tenebre idest ipsum omnium obscurissimum. Sed qsio? Cum clamēt esse deū tanquā oium ubiq; notissimū. Putabit aliqs uicissim deum appellari posse lumen. i. omnium notissimū. Sed quo nam pacto? Cū oia finita testificent ignorari qd sit ipsum/ quod oēs īfinitū ꝓcul

dubio confitentur. nec omnino uere de deo sentiunt homines/ qui conceptum humanũ superat infinite nec errãt oĩno de deo: a quo omne uotum & iudiciũ opusq; bonũ assidue pendet. ¶ Tollit deniq; deo / & affirmationes/ & negationes. Quæ tamen aliquando uisæ sunt diuinitati ratione aliqua cõuenire. Sed reuera/ quod nusquã attingimus: nec ponere possumus nec auferre. Sed quæ sunt post ipsum. Si eni uni ipsi bono bonorum oium auctori/ nihil deest boni qdnam boni huic possumus adhibere. Rursum si deus est eminentia simplicissima/ ab omnibus pœnitus absoluta/ non potes huic auferre quicquã: quia nec assequeris qd semper eminet: neq; diuidis: quod omniũ indiuiduorum simplicissimum & absolutissimum iudicatur.

¶ Quod nullum intelligibilium est qui omnis intelligibilis eminenter est auctor. ¶ Dionysius.

i Terum ascendentes dicimus Deũ: nec esse animã, nec habere sensum uel phantasiã/ uel opinionẽ/ uel rationẽ uel intelligẽtiã. nec esse intellectũ: neq; intelligẽtiã. nec dici: nec intelligi. ¶ Nec esse numerũ: nec ordinem: nec magnitudinẽ/ nec paruitatẽ/ nec equalitatẽ/ neq; similitudinẽ/ uel dissimilitudinem/ nec stare/ uel moueri/ uel quietem agere. ¶ Nec habere potentiã/ nec esse potẽtiam. neq; lumẽ neq; uitã nec essentiam nec eternitatẽ aut tempus. nec esse tactũ ipsius ĩtelligibilẽ. neq; sciẽtiã. ¶ Quinetiã nec est ueritas nec regnu3: nec sapientia/ nec unũ/ nec unitas/ nec bonitas nec deitas. ¶ Nec spiritus est quẽadmodu3 ipsi perpẽdimus/ nec paternitas est eiusmodi/ nec ratio filii. ¶ Neq; aliud quicꝗ eorum/ quæ nobis uel aliis rebus ullis sit cognita. Nec est aliquid eorum quæ non sunt: uel eorum quæ sunt. Item nec ea quæ sunt/ deum sicut est ipse cognoscunt. Nec deus res pro ipsa rerum conditione cognoscit. ¶ Nec ipsius dei sermo est neq; nomen: neq; cognitio. neq; tenebre: neq; lumen est: neq; error: neq; ueritas. ¶ Nec est ipsius positio prorsus ulla: nec ablatio uerum nos quæ post deum sunt ponentes auferentes ue: nec ipsum: ponimus: nec auferimus. Quippe cum omni positione superior sit singularis illa & omnino perfecta omnium causa: & omni rursum ablatione altior excellentia illius qui ab omnibus est simpliciter absolutus/ totisq; superior.

FINIS.

¶ Argumenta Marſilii Ficini Florentini in Dionyſium Areopagitam de diuinis nominibus ab eodem e græca lingua in latinam tranſlatum.

¶ Marſilius.

CVM multi tam latini q̄ græci/ Dionyſii libros longis cō mentariis explanauerint/ non eſt conſilium nunc ad uerbum ſingula cōmentari. Sed ubi potiſſimum Areopagus accademiam redolet/ Paulo ſagacius explorare/ per q; pulcherrimos ortos Dionyſii noſtri Platonicorum facile principis/ flores/ paſſim deliberare Platonicos. Et ſi Dionyſium Platonis tanquam pii philoſophi ſectatorē alicubi declaramus/ ipſum tamen nō ſolum cæteris Platonicis propter doctrine Platonice culmen uerum etiam ipſi Platoni propter nouum ueritatis chriſtiane lumen/ anteponendum eſſe cenſemus. ¶ Inſtituimus autem non ſolum ſenſum eius ſummatim (ut diximus) Platonica potiſſimum ratione perſtringere: uerum etiam græca in latinum uerba rurſus interprætari. Vt utrinq; pro uiribus ipſa ſecum forma platonica conſentiret. Quā rectæ utrobiq; referre/ facile poteſt nullus Difficilius quidem aliquis niſi Platonicus. Difficillimæ uero/ niſi philoſophus. ¶ In myſtica theologia Platonico ſimul/ & Dionyſiaco ſenſu probauimus ipſum uniuerſi principium appellatione magis propria ipſum unum bonumq; nominādum. Idq; intellectu/ & intelligibili quātumlibet excelſo ſuperius eſſe monſtrauimus. Nullus igit̄ ītellectus per ītellectualem actionem/ id attingit. Sed per unionem quādam intelligentia ueriorem/ atq; meliorem. Eiuſmodi autem unio nō tam in ītellectu fundamētum habet q̄ in unitate quadam. Quæ quidem eſt animæ ītellectualis apex eminētior ītellectu. Hanc ipſum unum tā quam ſui characterem impreſſit animæ. Cui ſimul & tāquam bonum/ naturalem primi boni infudit amorem/ & aſſidue ſuſcitat. Anima igitur tunc demum ipſo uno bonoq; fruitur/ quādo tum amore eiuſmodi inſtigāte/ tū etiam trahēte deo/ multitudinem omnē exuit/ ad ſenſum & rationē & ītelligētiam pertinētem. Solutaq; iā tota ſurgit in unitatem ſuam per quam cū ipſo uno rerum principio inexiſtimabilem conſequitur unionem.

¶ Liber Dionyſii Areopagitæ de diuinis nominibus interpræte Marſilio Ficino.

¶ Dionyſius.

POſt theologicarū figurationū librū/ beatæ uir. Nūc iā ad diuina nomina pro uiribus explicanda/ me conferē. Eſto nūc quoq; nobis diuinorū eloquiorū lex illa perſcripta. Per quā eorum quæ de deo dicuntur ueritatem aſſeueremus: non in perſuaſoriis humanæ ſapientiæ ra-

tionibus. Sed in demonstratione potestatis eius. Quā sanctus spiritus in theologis suscitauit. Qua quidem ineffabilibus & incognitis ineffabiliter & incognite copulamur. Per unionem quandam potentia & actione nostra/tum rationali/tum etiam intellectuali præstantiorem.

¶ Tantum de diuinis asseuerandum / quantum diuinitus inspirati nobis ostendunt. Item quomodo radius diuinus seipsum nobis accommodat.

¶ Marsilius.

PLato in Timeo de rebus diuinis credendum inquit dei filiis: etiam si nullas afferant rationes. In legibus quoq; theologiæ inuenta iubet oraculis confirmari. Dionysius similiter nihil de rebus diuinis asseuerandum putat: nisi quantum diuinitus inspirati confirmant. ¶ Deum hic appellatione quadam apud lationes prodigiosa/ super essentialitatem nominat. Essentialitas apud Metaphysicos est simplicior q̄ essentia. Deus igitur non solum simplicissimum est: sed ipsa simplicitas. Siqua huic scientia competit non essentialis illa quidem est dicenda: sed eminentior quam essentia. Quæ rursus ignoratio dicitur. Quippe cum nihil alicui note cognitionis habeat: sed est interea ratione intelligentia cognitione essentia melior. ¶ Hæc igitur dei propria sit. Nobis autem quamdiu sumus extra patriam summa cognitio intelligentia est/ diuinam naturam nondum attingens. Tantum uero de muneribus diuinis uiribusq; consequēs quantū diuinus ipse radius per serenas sanctorū mētes trāsmissus ostēderit. In quibus sane tanquā in corporibus diaphanis diuinū percipimus solem: quē capere in seipso nō possumus. ¶ Quāobrē circa diuinorum cōtēplationem certis quibusdā limitibus cohibiti sumus. Primo quidē: quoniam nihil ultra pertingere possumus/ q̄ radius offerat: secundo: quia radius ipse in nos sub mensura descendit non quidem ostensurus nobis naturam ipsam diuinam: uel quecunq; deus conspicit in seipso: uel omnia saltē quæ pœnes deum angeli contuentur: Sed pauciora / & inferiora quedam: quamuis præciosissima proculdubio si cum cæteris conferantur. Tertio: quoniam radius illæ unicuiq; pro sua dumtaxat capacitate demonstrat. Iusta quadam ubiq; pro meritis distributione seruata. Vbi certe sol diuinus per inde se habet ac si sol cælestis lumen suum singulis passim oculis tēperaret. Se ergo quasi finitum mentibus finitis offert / infinitatem interea suā occulens in seipso. ¶ Deniq; & unusquisq; debet circa diuinum radium ita moderari seipsum ut nec per ignauiam ab illius excellentia decidat in deterius neq; tentet ulterius per superbiam. Ibi quidem sanctitas hic autem tēperantia lucet.

¶ Tantum de diuinis asseuerandum: quantum inspiratio diuina declarat. Item radius diuinus pro cuiusq; ingenio se infundit. Dionysius.

n Vlla igitur ratione audēdum est aliquid de occulta deitate: quæ est superior q̄ essentia/ dicere uel cogitare/ præter illa quæ sacra eloq́a diuinitus nobis aperuerunt. Ipsi namq; quod excellsius est essentia: scientiam quoq; essentia superiorem/ quæ & ignorantia nominatur. Sed ratione/ & intellectu essentiaq; præstātior est debemus adscribere. Eatenusq; ad excelsa contendere/ quatenus præcipue diuinorum uerborum radius se ipsum nobis infundit/ dum uidelicet ad sublimiores splendores temperantia/ & sanctitate diuinorũ ueneratrice cohibiti sumus. Siqua enim sapiētissimæ uerissimeq; theologiæ fides habenda est pro mētis cuiusq; proportione reuelantur/ spectanturq; diuina. Vbi sane præcipua dei bonitas per iustitiam omnium seruatricem ab his quæ sub mensuram cadunt/ immensitatē ipsam tanquam incōpræhēsibilem/ qua deum decet prouidentia segregat.

¶ Deus nec ab essentia/ nec ab intellectu: neq; per illam/ neq; per istum uel compræhendi/ uel saltem perspici potest. Marsilius.

i Ntelligibilia ita superant sensibilia: itē simplicia/ cōposita/ rursum incorporea similiter corporea sic excedūt/ ut superiora illa/ nec ab his inferioribus/ neq; per hæc uel cōpræhendi/ uel etiā reuera spectari possit. ¶ Multomagis principiũ uniuersi tum imensitatæ naturæ superat essentiā/ forma quadā necessario designatā: tũ incōparabili simplicitate/ unitateq; poenitus absoluta superat mentis formā/ ut Plotinus probat necessario multiformē. longius quoq; superat cogitationē nō solũ multitudine. Sed etiā mobilitate dispersam. Maximæ uero sermonē. Nec igit̄ ab his neq; per hæc: neq; per aliud finitũ quicq̄ cōpræhēdi perspici ue potest.

¶ Est autē deus unitas nō in re quauis unita sedem habēs: sed unionis unitatisq; ubiq; causa. Essentia quoq;/ & ītellectus dici potest tanq̄ essentiæ oīs intellectusq; causa/ nō tanquā essentialis quedā intellectualis ue forma. Deniq; cum etiā peripatetici putēt essentiā & esse/ tanquā cōmunissima a cōmunissimo principio rebus tribui: atq; causa/ cōmunissima potētissimaq; causarũ/ & si ab omnibus effectibus expedita merito primũ principiũ Platonici putant ab essentia & esse solutum. Qua uero ratione intellectus quātumcunq; sublimis nunquam primum principium esse possit sicut neq; uisus sit quandoq; lumen in theologia nostra planius declaramus.

¶ Deus: essentia & intellectu superior/ non potest per ullam essentiam uel ab ullo intellectu compræhendi: uel saltem propria uirtute cerni.

Dionysius.

Icut neq; sensibilibus intelligibilia compræhendi spectari ue possunt: neq; fictis figuratisq; simplicia & in figurata. Neq; per corporum figuras formatis informitas ipsa incorporeorū refugiens tactum figuraq; carens: eadem ueritatis ratione: ipsa super essentialis infinitas/ omnes essentias antecellit. Ipsa quoq; unitas intellectus superior / omnes supereminet intellectus: ipsum demq; unum cogitatione præstantius/ nullis cogitationibus potest excogitari. Atq; bonū excelsius omni uerbo/ uerbis est ineffabile. ℂ Vnitas unitatis omnis unifica. Super essentialis essentia. Intellectus nequaquam intelligibilis. In eloquibile uerbū. Verbi & intelligētiæ nominisq; uocatio: hæc sane iuxta nullum existentium est. Causa quidē omnibus ut sint ipsa uero non est: tāquam omni essentia superior. Et tandem quemadmodū ipsa de se/ proprie sciteq; pronunciauerit. ℂ De hac igitur secretissima deitate/ quæ & essentiam antecellit / sicut dictum est. nec loqui/ nec cogitare quicquam audendum est/ præter illa quæ sacra eloquia nobis diuine admodum tradiderunt.

ℂ Compræhendere deum nullus intellectus potest. Scire quid sit deus intellectus beatus/ solus solo lumine super naturali potest. ℂ Marsilius.

Ntellectus lumine naturali potest certis rationibus intelligere primo quidem esse deum. Deinde quid non sit ipse deus? Tertio quid & quemadmodum efficiat/ atq; regat. Quarto: qua conditione res ad deū omnes sese habeant. ℂ Scire uero quid propriæ sit ipsa natura dei nec intellectus noster/ nec angelicus naturali lumine potest. Est enim natura illa longo interuallo super essentiam & intelligentiam quantūcunq; perfecta. Sed solæ beatæ mentes intelligunt quid sit deus sub lumine quodam plusquam naturali: quando deus ipse se menti coniungit / quasi tanquam formam quam uideat & per quam uideat hinc Plotinus: animus inqt perfectæ purgatus prius per unionē diuinam deus efficitur q̄ cognoscat quid sit ipse deus. Sed cōpræhēdere deū naturāq; ipsius sub cūctis rationibus suis apræhēdere nullus intellectus/ nullo lumine ualet. Nullum ergo uestigium nobis usquam obcurrit/ eoru3 qui deum hac absoluta ratione compræhenderint. Quoniam nullus cōpræhēdere licet: nec rursus eorū/ quibus palam ipsa diuina natura patuerit percipientibus quidem: nec interim complectentibus. Nec enim uel ipsi exprimere uel alii capere possunt quod illi contemplati fuerint in excelsis: uel etiam contemplētur. Nam & quæ Paulus apostolus cognouit in raptu/ non licuit homini loqui. Et Plato diuina inquit dici/ doceriq; nō posse: sed in animo pio ad deū accedente subito tandem diuinum exalto lumen accendi. Quod quidē/ seipsum intus alat. Qua

si neget eiusmodi lumen extrinsecus emicare.

¶ Scire quid sit deus/dei ipsius propriũ est. Nec ullũ diuinæ substantiæ ul quam manifestum uestigium reperitur. ¶ Dionysius.

q Vemadmodum enim diuinitas in sacris litteris benigne admodũ de seipsa tradidit: eius quicqd tãdem est/scientia cõtẽplatioq; omnibus quæcũq; sunt/est inaccessa. Quippe cũ ab oĩbus super essentiali quadã excellẽtia sit segregata. ¶ Iã uero theologos multos inuenias diuinitatẽ celebrauisse/non solum tanq̃ inuisibilem incomprænsibileq;: uerum etiam inscrutabilem inuestigabilemq; dixisse. Quasi nullum extet uestigium eorum qui ad occultam infinitatem illius accesserint.

¶ Causa prima/& seperatissima est/& præsentissima atq; sicut oĩbus ipartit bonũ sic multis diuinam intelligentiam atq; unionẽ. ¶ Marsilius.

a D excellentiã causæ duo pcipua pertinere uidẽtur. Primũ quidẽ ut quo præstãtior causa est eo sit a subditorũ cõditionibus segregatior. Secũdũ uero/ut pro excellẽtiæ suæ gradibus/uires suas/actionesq; lõgius/latiusq; diffundat. Quãobrẽ prima omniũ causa/& seperatissima est ab oĩbus/& interim præsentissima. Inde unũ/hinc bonum a Platonicis nominat̃. Inde qdẽ/nihil habet simile cũ effectibus atq; cõe. Hinc rursum agit oĩa. Agit in oĩa. Cõseruat assidue. Est in oĩbus pœnitus præsentissima. ¶ Cũ ad infinitã illius bonitatẽ pertineat amplissima uirtutũ munerũq; diffusio/nihil relinquit usquam suæ bonitatis expers. Merito igitur & claritatem illã qua seipsam cernit/multis impartit. Per quã multa deũ contueantur. Sed ipsa cognitio dei pœnes deũ super essentiã extat. In sequentibus uero cognitio dei/nõ transcẽdit essentiæ limites/radiũ ergo excelsiorẽ essentia deus retinet in seipso. Essentialẽ uero cõmunicat. Nẽpe cũ primũ ex deo prosilit/essentialis euadit. Per hunc ut Plato in republica inquit/& species rerum fiunt intelligibiles: & mẽtes euadũt intellectiuæ. Atq; hæ quidẽ cũ illis harmonicẽ copulant̃. Ac tandẽ mentes deo beatẽ formãtur. ¶ Distribuit uero lumẽ deus suũ itellectibus pro sua cuiusq; proportione. Quẽadmodũ stellæ singulæ pro natura sua lumẽ uariũ a sole suscipiũt. ¶ Tũ uero beatæ mẽtes cũ diuina uoluntate cõcordes mẽsura dati muneris cõtentæ uiuũt. Præsertim cũ ita naturæ suæ fuerit satisfactũ. Nec affectant ulterius. Neq; decidũt ideterius. ¶ Quoniã uero luminis est calefacere ideo sub hoc intelligẽtiæ lumine statim accendunt̃ amore/cõgruẽte uidelicet cũ ipso luminæ/ut nec citra/nec ultra petat. Ipse uero amor est/qui alarum instar mẽtes per sublimia sustinet/ne ad inferiora labentur. Hinc amorẽ diuinuʒ in hymnis Orpheus alatũ canit. Et Plato in Phedro sublimes animas per amo

rem diuinæ pulchritudinis/pennas inquit recuperare: quibus in cælestem patriam deniq; reuolent. Deniq; amor sicut/ & natura principium motus est atq; quietis. Itaq; si forte mentes dum deum cognoſcunt non mediocri= ter: interim tamen ament aliud/uel mediocriter/statim relicto deo ad aliud mouebuntur.

¶ Deus radiũ itelligẽtiæ ſuæ unicuiq; pro capacitate cõicat. Intellectusq; beati diſtributo munere cõtẽti uiuũt ac firmiter pfruũtur. ¶ Dionyſius.

Erumtamen ſummum illud bonum nullum alicubi exiſtentiũ ſui
u expers eſſe patit. Sed cum in ſeipſo ſtabiliter ſuper eſſentialẽ fixe= rit radiũ/benigne tamẽ interea p cuiuſq; exiſtentiũ pportione/uni cuiq; fulget. Atq; ad ipſius contẽplationẽ/cõmunionẽq; & ſimilitudinem/ quatenus aſſequi poſſint/ſacros intellectus extendit. Qui ut fas eſt aciem in ipſum reuerenter intendunt. Neq; ad ſuperiora q̃ ferat iductus ipſis pro modo ſuo radius fruſtra inſolenter ue contendunt: neq; inclinatione qua/ piam ad deterius uergente/ad inferiora labuntur. Sed firmiter indeclinabi literq; ad illuceſcẽtem ſibi radium/aciem intendũt. Et amore decentium il= luſtrationũ cõgruo ſacra cũ reuerẽtia tẽperate ſanctéq; per ſublimia puolãt

¶ Facilius tutiuſq; diuina uidemus. Si mẽtis aciem ad eloquia ſacra cõuer timus/quaſi in ipſum deũ audentius dirigamus. ¶ Marſilius.

Vod lucet in deo tanquã ſolis mũdani ſole/ ſuper eſſentiæ & intelli
q gentiæ limites. Non tam perſcrutari q̃ uenerari debemus. Mẽtiſq; oculos imenſam hãc lucem minime ſubſiſtẽtes. Hinc ad ſacras litte ras tanq̃ ad cælos flectere. In quibus nomina ſunt cognomẽtaq; diuina tra dita diuinitus/uelut ſtelle oculis noſtris accomodatæ: ex quibus ſane ſtellis nobis enucãt/propriæ dei uires & appellationes laudeſq; diuinæ/ tanquã ſolis/uirtutes in ſtellis. ¶ Ex hoc deniq; ſeculo pioq; ſtudio duo quedã po tiſſima reportamus. Primũ quidẽ q; diuinos radios hinc haurimus noſtro ingenio congruentes. Secundum q; diuinum ſolem radiorum eiuſmodi fa cti fontem/ut deo placet rite laudamus. ¶ In nominibus appelationibuſ= q; diuinis diuinus uidelicet traditis/mirabiles latere uirtutes: tum ad diui= na myſteria declaranda: tum ad mirabilia perpetranda Hebrei omnes exi= ſtimant: & Zoroaſtes Iamblichuſq; confirmant.

¶ Radii diuinitatis fulgentes in ſacris eloquiis ad diuinam contemplatio nem facile nos perducunt. ¶ Dionyſius.

Is ergo ſubditi diuinis lancibus/quæ uniuerſos ſuper celeſtium or
h dinum ſanctos gubernant exercitus/ſecretum quidem illud diui= nitatis itellectu eſſe ẽtiaq; excelſi⁹ ſctis itelligẽtiæ nihil iã perſcrutã

tis uenerationibus: quæ uero ineffabilia sunt modesto quodam silentio honorantes ad illos dũtaxat qui in sacris litteris nobis fulgent splendores contẽdimus. Atq; ab eis ad diuinos hymnos illuminamur: inde uidelicet ultra mundanum modum illum nati, Atq; ad laudationes sacras inde formati. Ad hoc ipsum uidelicet / ut & diuina lumina nobis inde pro modo nostro tradita facile uideamus: & beneficum illud principium totius illuminationis rite laudemus: quemadmodum & ipsu3 de se in sacris eloquiis tradidit.

¶ Deus usq; adeo potens / & intima causa est rebus omnibus bonorũ omnium / ut ipsemet rebus sit ipsa rerum bona. ¶ Marsilius.

a D rationem causæ effectusq; pertinet ut hic ab illa pendeat: & quo causa magis causa est: effectus etiam magis inde dependeat. Cum igitur causa causarũ sit maximæ causa / consequens est: ut & omnia / & omnino inde dependeant. ¶ Quamobrem / & illa est non solum efficiẽs omnium causa sed finalis. Nec efficiẽs tantũ: sed cõseruãs / mouens / perficiens / iterũq; reficiẽs. Et quæcũq; sunt in opere / ab illa omnino depẽdent. In operibus uero mũdanis est essentia / uita / uirtus / inclinatio / motus / actio / ꝑseuerãtia / perfectio. Hæc igiť in rebus omnia prima causa facit / seruat / perficit / reficit. ¶ Pro inde causa prima ob imensam potestatem adeo tota totũ occupat: ut ubiq; sit omnibus præsentissima. Tantoq; saltem in omnib⁹ interius agat / quãto natura ĩterius q̃ ars proculdubio facit. Quoniã igitur tum omnia in rebus narrata a deo pendent omnino: tũ etiã deus omnibus omnium inest intimus / merito deus ipse uideť bona hæc omnia / quæ narrata sunt esse. Speculare imaginem siqua est in speculo. Hæc adeo depẽdet a uiuo / ut essentia eius & uirtus / & motus / & status sit ipse qui uiuit: seq; ipsum ad speculum speculatur. Multomagis deus ipse est essentia rerum uita / uirtus / actio / perseueratio / perfectio / reformatio. Atq; in mentibus puritas / illuminatio ꝑfectio diuinitas. ¶ Plato in Politico Protagora / Critia diuinum quiddam inquit / uel dei formæ quondam animis nostris infusu3. Idq; paulatim multis temporum curriculis aboleri. Sed cum primum delectum est deum renouare seculum animosq; iterum diuinitate formare. Id modo Dionysius attigit. Qui deinde subdit deum esse tum eorum qui simplices fiunt simplicitatem: tum eorum qui uniuntur / unitatem. Siue. n. exuendo corporea ad simplicitatem proficiant / resolui uidentur in deum / qui est ipsa simplicitas. Siue post habita uirium / actionumq; multitudine ad unum se conferant / rediguntur in deum qui est ipsa unitas. Siue intellectus tum inuicem: tum etiam cum intelligendis uniantur / ita prorsus deo / qui est ipsa unitas quasi quodam glutino copulantur. Seu tandem cũ ipso

deo quasi unum efficiantur/uacant hic iam mentes. Diuina regnat unitas. Vnitate diuina formate mētes agunt. Quod & Plotinus sepe probat Iamblichusq; cōfirmat. Et si deus adeo sit rebus intimus: est tamē interea segregatus tanquam principium ratione quadam super essentiam: principium inquam super principium: nullam uidelicet cum principiis cæteris uel effectibus habens proportionem. Rursum quamuis sit adeo separatus/ immēsum tamen: quod in se bonum/ ceu lumen occulit/ largissime difundit in omnia. Hinc Orphicum illud Iuppiter quam in seipso lucem occulit/ edit quandoq; foras/ex almo corde operans admiranda.

¶ Deus omnibus in rebus/est omnia rerum bona. ¶ Dionysius.

Radidit autē hæc. Deus est causa omniū/atq; principiū. Essentiaq; & uita. Tum uero eo℞ qui a deo prolapsi sunt/reuocatio atq; resurrectio. Eorū autē/qui lapsu quodam diuinā in se effigiē perdiderūt renouatio atq; reformatio. Rursus eo℞ qui prophana quadam agitatione quatiūtur cōfirmatio sacra. Permanentiū uero/tuta securitas. Ad eū quoq; profisciscentiū porrecta manu perductio. Illuminatorū fulgor. Eorum qui perficiunt pricipatus ipse perfectionis. Quiq; in omne assumunt summa diuinitas. Eorū quoq; qui simplices fiunt/ipsa simplicitas. Qui in unū conueniunt/similiter unitas. ¶ Vniuersi principii ratione quadā sup essentiaʒ principiū supra principium. Occulti quinetiā quantū fas est benefica/distributio. Atq; (ut summatim dixerim) uiuentium uita existentium essentia. Omnis uitæ essentieq; principiū atq; causa ob propriam bonitatē/ omnia ut essent producentem/atq; conseruantem.

¶ Quare deus multis nominibus appellet. Cur unitas. Cur trinitas. Causa. Sapiētia. Pulchritudo. Benignitas. Cæteraq; similiter. ¶ Marsilius.

Omina cognomēta/adiectiua/quæ a sacris litteris uaria tribuūtur deo/ nō ad hoc inuēta sunt/,ut ipsam dei naturā significarēt. Quæ cum unica sit & simplex/si nomināda feret unico foret nomine nominanda. Sed ideo īstituta sunt ut multa uariaq; bona a diuina bonitate largissimæ profluentia declararent. Siquid uero præter processum ex deo/ aliquid præterea significant apud deum/ dicunt utiq; quid nō sit deus. ¶ Vbi igitur deus ipsum unū/uel unitas/uel monas cognominat/primo qdē per ista significat nō esse deos plures sed unicū. Itē unicū deū nō esse cōpositū/ sed simplicissimū. Rursus simplicissimū deum non esse diuiduū. Atq; ita dicitur quid non sit deus. Deinde per eiusmodi appellationes significat rerū uitās ex diuina unitate procedēs. Singularis eni & simplicitas idiuiduitasq; ubicunq; rebus inest/a prima singularitate/simplicitate/ indiuiduitate pro

cedit: sed hoc interest ꝙ qui in rem aliquã incidit singularem unicãq͂ / hãc habet solam. Qui uero unicum deu; habet / iam possidet omnia. Praeterea res plurimum simplices compositioni seruiture sunt. Diuina simplicitas compositionibus dominatur. Deniq͂ ad indiuidua in rebus uelut ad punctum & unitatem deuenimus uelut ad minima diuidendo paulatim uel quomodo libet minuendo. Ad indiuiduitatem uero diuinam peruenitur uelut ad maximum. Vbi cum infinita unitate / uirtus concurrit immensa. ❡ Et ut summatim dicã. Quod homo sit unus homo: ꝙ corpus sit unum aliq̃d / & unum aliquid aĩa / sic ex deo habent / sicut ex eodẽ habuerũt / ut & simpliciter essent: & essent homo corpus & anima. Partes sane corporis tum humani / tum mũdani / inter se naturaliter repugnãtes / ut in una forma cõciliarent̃ a prima tandẽ unitate sortite sunt per eandẽ quoq͂ discordes animae uires & affectus & motus dissensiõe tãdẽ sedata placant̃ / totusq͂ animus sub una intelligentiae forma uiuit. ❡ Sed quis non uideat unionem omnium a primo principio dependere? Quatenus enim cuncta sunt ab eodem & eo quidem simplicissimo indiuiduoq͂ prorsus secũq͂ ipso poenitus uniformi / eatenus & inuicem conformia sunt confluũtq͂ in idem uelut finem / qđ & tãquam principium ad seipsum cõuertit / quecũq͂ produxit cõuertendoq͂ in idem / efficit interim / ut cuncta inter se sint eadẽ. ❡ Proinde quemadmodũ in theologia nostra probauimus / ad fecunditatẽ naturae ptinet generatio: & interior illa quidẽ priusq̃ exterior. Et quo excellentior natura est / eo interiorem sibi prolẽ generat: prima ergo natura a deo generat intimã / ut unica sit generantis genitiq͂ natura: eadẽ quoq͂ mutui sit amoris. Veritas quidem generationis ꝓductionisq͂ postulat. ut tres hae personae sint existẽtes. Vnitas interea infiniti principii facit / ut natura sit una. Contra in nobis in quibus una ꝑsona in tribus cõsistit naturis: anima / corpore / spiritu. Quod Latinae personã dicimus Dionysius dicit hypostasim. Quod quidẽ non debemus substantiã interpraetari: sed suppositũ uel subsistẽs / uel existens. Aut subsistentiã uel existẽtiam. Ita uero conclude. Natura cõmuniter prior est & simplicior q̃ persona. Si ergo ꝑsona plerũq͂ unitatẽ suam seruat in multitudine naturarũ / multo magis cõuenientiusq͂ natura potest singularẽ unitatem suam in personarũ numero conseruare. Quod autẽ & ratione possibile & simul cõuenientissimũ est / ipse in se deus iplet. ❡ Diuinam trinitatẽ ibidem confirmauimus oraculi Caldeorũ. Plato quoq͂ noster scribens ad Hermiã in diuinitate patrẽ nominat atq͂ filiũ. Et mox utrũq͂ singulari numero celebrat. Refert Iamblichus Egyptiorũ mysteria. In quibus deum inducunt ex se emicantem. Suiq͂ ipsius patrem filiumq͂ nominant ubi unam

in primo naturam ponunt generantis & geniti. Plotinus ubi de amore diuino. Item ubi de uno & bono/& libertate primi disputat intimam quandam in diuinis generationem ponit:per quam existens aliquid generetur: deumq; asserit ex seipso prodire. ¶ Ex hac igitur fecũditate diuina omnis fecunditas emanauit in angelos/in animas/in cælestia in inferiora cælo. Ex illo quidem generante generãtia/ex illo autem genito genita/prodierunt. Ex producente similiter/& producto/producentia pariter/atq; producta. Appellatur etiam deus causa/quoniam omnia essentiam accipiũt a deo/bonitate uidelicet diuina ita uolẽte:sicut/& Plato in timeo inqt:nõ aũt necessitate naturæ. Nominatur sapiẽtia & pulchritudo:quoniam harmoniam decoremq; rebus inserit:harmoniam in quam interiorem : exteriorem uero decorem perq; quidem duo & sunt & bene sunt omnia. ¶ Post hæc Dionysius eternum Dei filium inquit benignitate mirifica humanam sibi naturam assumpsisse nullo interim modo mutatum. Mysteriuȝ hoc Platonicus Amelius euangelium Iohãnis commemorans/ueneratur Plato quinetiam contra Prothagoram disputans non hominem inquit esse rerũ omnium mensuram:sed deum:maximæ uero si deus fiat homo:Rationes autem mysterii huius in libro de christiana religione tractauimus.

¶ Diuina nomĩna plurimum significant beneficos ex deo ex progressus. Deus appellatur unitas, trinitas causa sapientia pulchritudo benignitas.

¶ Dionysius.

h Aec tanq̃ initiati ab eloqis sacris accepimus. Inuenies autẽ uniuersam(ut ita dixerim)sacrã theologoꝝ laudationẽ ad beneficos summæ diuinitatis progressus explanandos laudãdosq; appellationes diuinas effingere. Itaq; in omni formæ theologica tractatione/sũmã diuinitatẽ sancte celebratã uidemus. ¶ Vt Monadẽ quidẽ & unitatẽ propter simplicitatẽ unitatẽq; ĩpartibilitatis ipsius naturã ex superãtis. Ex qua tanq̃ unifica potestate efficimur unum diuiduisq; nostris diuersitatibus supra mundanum modum conglobatis / in monadem deiformem unionemq; deum imitantem colligimur. ¶ Vt trinitatem uero propter super essentialis fecunditatis in suppositis tribus expressionem. Ex qua paternitas oĩs in cælo & in terra existit atq; nominatur. ¶ Præterea ut oĩum existẽtiũ causam;qm̃ oĩa per bonitatẽ eius effectricem essentiæ/ut essent acceperunt. tũ uero sapientem:atq; pulchram;quia quecunq; ex eorum numero quæ sunt naturæ suæ/propria seruant inuiolata/diuinæ omnis harmoniæ sacriq; decoris sunt plena. ¶ Præcipue uero generi nostro propitiam. Quoniaȝ in una personarum suarũ naturam nostrã uere integreq; assumpsit ; reuocã

ad se sibiq; applicans humanam humilitatē. Ex qua simplex Iesus ineffabiliter est cōpositus. Et qui est eternus temporalē sumpsit processionem. Atq; in intima naturæ nostræ puenit / qui omnem totius naturæ ordinem sup essentiæ modum eminenter excedit. Propria tamen interea imutabili prorsus / & inconfusa conseruans. Hæc inquam tanq̄ initiati didicimus: & quæcūq; alia deifica lumina sacris eloquiis hausta secreta diuinorum præceptorum nostrorum traditio explanatione nobis perspicua contulit.

¶ Ipsum unum bonumq; est superius ente intellectu intelligibili / itē quare figuris utamur ad diuina declaranda. Item de resurrectione / & fruitione dei. ¶ Marsilius.

Iamdiu lectores āmonēdi nobis erāt: uocabula hæc essentia & ens & entia philosophis cōdonāda ut istrumēta sua cuiq; artifici cōcedēda. Præterea nō possenos: ubicūq; Dionysius usiā nominat / per substātiā satis interprætari: sed plerūq; per essentiā exprimēdū: præsertim ubi de ipso uno bonoq; ubi de malo / ubi de materia disputat. Philosophi eni nō substātiā qdē quæ unū prædicamētū est: sed essentiā / atq; ens qd oia prædicamēta cōplectit / in certamē trahūt cū uno atq; bono: Peripatetici sane ens unū bonū equalia putāt At uero Platonici inter quos Dionysius noster obtinet principatū / unū bonūq; enti extra cōtrouersiā anteponūt / tāq̄ amplius simplicius / prius / sufficientius. Ideoq; summū deū unū ac bonum essentia superius libēter appellat. ¶ Sed dic age / quādo Dionysius materiā informē usia īferiorē īquit / īterprætaberis ne substātia inferiorē: At paruʒ dixeris. Nam quatenus est informis / non solum substantiali / sed etiam accidentali est forma deterior. Præterea ubi malum ait / nec esse nec habere. Vnam si substantiam itellexeris ibi negatā / subitelligere poteris malo quātitatem saltē / uel qualitatem posse cōcedi. Quod dictu nephas. ¶ Proinde Dionysius una cū Platonicis: quæcūq; sensibus subiacēt entia nō uera nominat / substātias uero icorporeas earumq; proprietates appellat entia uera: & intelligibilia uocitat. Quo in genere sunt animæ itellectuales / & itellectus angelici. Super hæc tādem entia uera / itroducit deū excelsius ente / intelligibiliq; superius. Sane queadmodum unusquisq; sensus cum sensibili suo proportionē quādam habet / ita sensus uniuersus / cum uniuerso sensibili. Item quam proportionem sensus habet ad sensibile: eādem fermead intelligibile obtinet intellectus. Rursus qua proportione se habet sensus ad intellectum: eadem sensibile ad intelligibile se habere uidetur. Quamobrem cum & intellectus & intelligibile proportionem aliquam subeant merito super utrunq; deus est ab omni proportione pœnitus absolu-

tus. Est & super substantiam/quæ sub ente ab accidente diuiditur: & cōmertium subit cū accidente. Est etiā super essentiā natura sua multiplicabilē in essentias: ipse tamen non ita multiplicādus. ℂ Quoniā uero itellectus noster ꝓpter nimiū sensuū sensibiliūq; cōmertiū/ in eiusmodi uita quodāmodo ad intelligibilia pura fit ineptus: ideo prudētes theologi sensibilibus quibusdam/ & his quidē honestioribus itelligibilia uestiunt: ita demum intellectui nostro magis accomodata: qui lumen intelligibile ita temperatum/ tā facile cernit: q̄ oculi lumen quodlibet in corporibus uidet quodāmodo solidis: alioquin minimæ discernendū. ℂ Deuȝ quoq; excelsius ente & quouis intelligibili mirabiliter eminētius/entibus intelligibilibusq; ad angelos & aīas pertinētibus induere solent/sic intellectui tēperāduȝ/sicut sol ipse/ qui alioquin tollerari nō potest/rara sæpius nebula oculis tēperatur/ ita lumen figuramq; solis tuto cernētibus. ℂ His itaq; rationibus Plato noster aīam intellectūq; per lineas/circulos/musicos/numeros/currus/alas similiaq; describit: & deū in sole figurat. Isaias quoq; dominū uidet in solio excælso sedentē. Et Seraphinos fingit alatos: ut Ezechielē in præsentia cæterosq; dimittam. ℂ Et ut summatim dicam/ sicut in genere sensibilium puriora tāquā uelamina quedā/rebus intelligendis apponunt. s. puncta/lineas/ figuras/unitatē/numeros/lumina/ ꝑpunctū quidē & unitatē/significantes naturam indiuisibilem/per lumē uero intelligentiæ certitudinē sic quæ summa sunt in ipso intelligibilium ordine deo adhibēt/ut essentiā/uitā/ intelligentiā/ueritatē/sapientiā: intelligibile lumen. Verū sicut illa itelligibilibus deteriora sunt: ita hæc inferiora deo.. ℂ Resurrectionē corporū humanorū diuina potestate futurā Plato in libro de regno describit. Quā olim Zoroaster asseruit. Itaq; legimus in magorum carminibus/quod omnes usurpauere/Platonici aīam nostrā præter terrenuȝ corpus habere cæleste. Qui cū quasi curru quodā reuersura sit in cælū. Item animas deo deditas/ terrenum quoq; corpus terre tādē nō relicturas/sed una cū cælesti suo corpore/ id quoq; corpus cælo reddituras illuminandū. Quibus in uerbis & resurrectio corporū/& beatorū splendor asseritur: ℂ Profecto quemadmodum sol in uere terre uiscerib⁹ cōdita semina suscitat: & pleraq; pulcherrimis floribus ornat: ita splēdidissimū Christi corpus/ statuis tēporib⁹ cōiectis usquaq; radiis/hominū corpora suscitabit. Multaq; prætera splēdoribus exornabit. Hinc illud Pauli conformabit corpus humilitatis nostræ cōfigura tum corpori claritatis suæ. Quando igitur ita filii resurrectiōis erimus id est ex eo/qui primus iam resurrexit in similitudinē eius renati fuerimus/cæloq; donati/terno Christi lumine perfruemur. Per uisum quidē uisibili cor

poris Christi lucæ: per intellectum uero iam ab omni cōtagione corporea liberum. Intelligibili lumine ex intellectuali. uidelicet Christi anima in nostram intelligentiam emicante. Sed per unitatem illam animæ/ quam Plato in Phedro mentis caput appellat/ intellectu præstantius consequemur unionem quandam intelligētia meliorem cum unitate bonitateq; diuina: quæ quidem infinito interuallo superat intellectum: sed coniectis in unitatem nostram radiis intelligibili sorte superioribus uniet sibi mentem: quæ ita formata deo per deum ipsum/ deum protinus percipiet formatorem.

❡ Diuina rite docent̄ p signa. Itē q̄lis gl'ia cælestis futura sit. ❡ Dionysius

n Vnc quidem in his erudimur pro nostri ingenii facultate. Cui sane indulgens benignitas sanctarū litterarum sacerdotaliumq; traditionum per sacra uelamina intelligibilia quidem sensibilibus quæ: uero essentiam superant/ rebus quæ habent essentiā/ obtegit. Formasq;/ & figuras his quæ formam/ figuramq; refugiunt rite circundat. Excelsam deniq; infigurabileq; simplicitatē signorū diuiduorum uarietate multiplicat: & effingit. At quādo incorruptibiles/ immortalesq; facti erimus sortemq; Christo similem beatāq; adepti semper ut scriptum est cum Domino erimus. Visibili quidem diuinoq; ipsius spectaculo per castissimaȝ speculationem iam impleti: lucidissimis/ tunc nos circunfulgente luminibus. Quemadmodum discipulos suos in diuinissima illa transfiguratione sua. Intelligibilis autē illuminationis eius intellectu a perturbatione materiaq; seperato particeps. Vnionis uero intellectu superioris præfulgētiū radiorum incognitis beatisq; iactibus: cōpotes erimus in diuiniore uidelicet super cælestium mentium imitatione. Erimus enim ut diuinorum eloquiorꝫ ueritas ait equales angelis: Filiiq; Dei/ quādo q̄dē resurrectionis filii futuri simus.

❡ Quare circa diuina imaginibus & comparationibus uti deceat & quomodo deus essentiam cognitionemq; antecellat. ❡ Marsilius.

i N hoc uitæ statu anima quidem corpore uestita est: ratio uero imaginatione: mens deniq; ratione. Tum uero imaginatio/ qua utimur uiuimusq; q̄ plurimum: intelligentiæ notiones/ assidue sensibilium imaginibus induit: quo circa nec iniuria cognitioni nostræ nō tam nuda q̄ uestita quedam accomodata uidētur. Induūt igitur sapientes merito sicut diximus/ sensibilibus quidem itelligibilia His uero diuina. ❡ Hac Plato prouidentia/ iubet hominem sub tenebroso specu nutritum: ad intuendam meridianam lucem nō subito compellēdum: sed mōstrādum huic soleȝ/ Primo quidem ad lucernæ lumē in aqua. Deinde in luna sub nocte serena. Demū in ipsa aeris serenitate diurna. Similibus quoq; gradibus rude

uult ingenium ad contemplandam perduci diuinitatem. ¶ Lineæ undiq; contingentes centrum/non longitudine quidem sua signum illud tangunt magnitudinis expers: sed suo queq; signo/signum. Quod quidem & si non est longum/neq; plura. Plurimarum tamen longarum quæ linearum terminos idest puncta eodem sui puncto complectitur. Iã uero cum lineæ cũctæ earumq; termini. Ab eo profluant: merito in se eminẽter perantiicipat omnes: eadẽ ratione sphæræ minores multe sphæra quadam ampliore cõpræhensæ/centris queq; suis attingunt/sphære continentis centrum mirabiliter in se/& circulos omnes/& centra complectens. His ferme comparationibus Plotinus magnus utitur ostensurus qua ratione q̃ plurime simul mentes in unum ipsum uniuersi principium fingant intuitus. Ipsumq; in se compræhẽdat & intellectus omnes/& summa quæq; intellectualiũ actionum. Item hic ante Plotinum Dionysius attigisse uidet: probans præterea intellectus ubi deum attigũt/itellectuales actiones post habere quasi multiplices: ideo diuinæ oppositas unitati. Atq; per unitatẽ potius amorẽq; attingere. Quod & Plotinus sepe cõprobat. ¶ Quemadmodũ uita ante se essentiam postulat/nisi enĩ sit nõ uiuit: ita cognitio uitam. Nempe nõ cognoscit/nisi prius uiuat. Omnis ergo cognitio in essentia uiua fundamentum habet. Et ideo circa essentias atq; entia tanquam fines dirigit actionẽ. Hinc aiunt naturalem quidem philosophiam circa ens iam quale mobileq; uersari. Mathematicam uero circa ens iam quantum. Metaphisicam deniq; ipsum simpliciter ens spectare. Quod tam & si nondum substantia est uel accidens. Necdum quantum uel quale uel mobile/potest tamẽ per hæc omnia quandoq; finiri. Ideo nec est simpliciter infinitum. ¶ Sed (ut summatim dicam) cum cognitio quidem/& essentia sit posterior & desinat in essentias uelut fines: merito deus essentiam supereminens/cognitione etiam antecellit: nec igitur attingi cognitione potest. Essentiam uero bono posteriorem esse testantur essentiæ quelibet in seipsis minimæ quiescentes sed annitẽtes semper ad actionem/ad actionem uidelicet circa bonum unaquæq; suum/qua quidem ratione/ipsa simpliciter primaq; essentia agere iã conuincitur ad ipsum simpliciter primumq; bonum.

¶ Signis congrue utimur ad diuina/ipse uero deus essentiam cognitionemq; antecedit.

¶ Dionysius.

n Vnc aũt pro ingenii uiribus cõgrue ad diuina signis utimur. Rursumq; ex his ad simplicẽ unitãq; intelligibiliũ spectaculorũ ueritatẽ mõ quodã ꝓportiõis assurgim⁹. Atq; post oẽm nostrã diuinorũ itelligẽtiã/sistẽtes itellectuales actiões nr̃as/ad sublimiorẽ eẽntiã radiũ q̃tũ

fas est/contendimus. In quo quidẽ termini omnes oĩum cognitionũ plus quã ineffabiliter præexistũt. Quem nec itelligere/nec eloqui licet: neq; quo modocũq; aliter speculari. Propterea q; est ab oĩbus segregatus/& eminenter ignotus. Iam uero essentialium omniũ cognitionũ/atq; uiriũ super essentiali uirtute fines simul omnes anticipauit. Atq; incompræhensibili potestate super cælestibus quoq; mentibus altior extat. Si eni cognitiones omnes tum entiũ sunt/tum etiam in entia desinũt/qui omni essentia superior est/consequenter est ab omni cognitione semotus.

¶ Deus amplectitur/complectitur/anticipat omnia Mysterium diuinũ nec animæ/nec angeli per intelligentiam assequuntur: sed per unionem intelligentia meliorem. ¶ Marsilius.

d Eus omnia amplectiť: complectitur: anticipat: amplectitur quidẽ per excellẽtiã potestatis uelut extrinsecus circũfusus. Cõplectitur autẽ: una quadã pœnes se natura unice colligẽs singula quãtũlicet inter se diuersa. Anticipat deniq;: quoniã & ante q̃ sunt possidet ipse: & gradu longe præstãtiore q̃ sint. ¶ Deũ neq; scientia/neq; tactu percipere possumus. Id aũt est/neq; cõclusione quadã antecedẽtibus principiis. cõsequẽtæ. Neq; subito quodã intellectus intuitu. ¶ Ipsum bonũ ab infinitatem suam intellectu finito asequi non ualemus. Rursus unitatẽ eius propter incõparabilem simplicitatẽ intelligẽtia semp multiplici nõ attingimus tres insuper illas (ut ita dixerim) existentias in unitate simplicissima subsistentes/uestigiis nullis inuestigare licet. Præsertim quoniã quilibet triam illic existentiũ eque deus est/atq; bonus/totusq; deus/totumq; bonũ. ¶ Angeli quinetiã naturali ĩtelligẽtiæ lumine/mysteria eiusmodi nõ attingunt: sed diuinitus ĩfuso super naturali quodã lumine in angelicã unitatẽ intellectu p̃stãtiorem/coniunguntť deo/unione quadã intelligentiã superãte. Per quã utiq; unionem fruentes deo/hæc mysteria/& si non omnino cõpræhẽdũt/certissimis tamen rationibus cõsequũtur. Angelos dico nõ omnes: sed beatos. Hi naturaq; soli inter angelos sup naturali luminæ digni sunt habiti. ¶ Animæ quoq; in patria iam beate/& sique præterea quasi separate uiuẽtes in corpore extra corpus aliquãdo diuinitus rapiuntur/factæ iam angelicæ: eodẽ ad tempus cũ angelis munere potiuntur. Similium dũtaxat animorum officiũ est/diuina nobis nomina rite tradere. ¶ Quoniã uero nomina hæc nõ rite pandunt/nisi coniuncte deo: coniũcte uero nõ sunt/nisi seiuncte prius non solum a corpore fuerint: uerũetiã a propriis intelligẽtiæ actionibus rursus ab omnibus tum quæ sunt/tum etiam quæ intelligũtur esse/idcirco prima eiusmodi nomina/tam ablationem rerum a deo/q̃ sepa

rationem dei ipsius a rebus significauerunt. ¶ Vniones quibus beati uel angeli uel animi deo iunguntur/appellat uel epiiuolas uel paradochas. Primum quidem significat iactus/ictus/aspectus/intuitus. Secundũ uero perceptiones/acceptiones susceptiones. Disiunctio hæc originẽ ducit a diuersis opinionibus circa iustum. Platonici enim putant uisum foras emittere radios. Peripathetici uero ꝙ contra/imagines a re uidenda suscipere. Beati uero/nec iaciunt suos in deum radios/nec deum ipsum accipiunt. Sed ab ipso deo lumen auriunt: quo statim hausto/non deus quidem beato coniũgitur. Sed beatus deo. Non enim beatus deum accipit. Sed beatum sibi deus assummit. ¶ Forme quidem materiales/idest cum materia quanta usqꝫ quaqꝫ diuidue/ab ipsa materia suscipiuntur atqꝫ substinentur: indiuiduæ uero forme/& a materia separabiles/ materiam ipse suscipiunt: atqꝫ regunt. Similiter/ accipi quidem rerum formas ab anima licet dicere. Deum uero nequaquam. Sed animam ab ipso deo uicissim.

¶ Soli sancti per diuinã ĩspirationẽ facti iã angelici: ita per unionẽ cognoscũt deũ/ut recte possint diuina noĩa cõstituere. ¶ Dionysius.

a T uero si ipsa omniũ causa est omni sermone cognitioneqꝫ præstãtior/atqꝫ intellectu uniuersaliter essentiaqꝫ superior: quippe cũ amplectatur/complectatur anticipet omnia/ipsaqꝫ a nullis usquaꝫ cõpræhendi possit: rursus si neqꝫ sensus ipsius est ullus nec imaginatio nec opinio: neqꝫ nomen: neqꝫ sermo: nec tactus nec scientia: quonã pacto diuina nomina ꝑtractabimus? Quippe cum ostenderimus Deitatem excelsiorem essentia cõsequenter nec uocabulũ nec nomen habere. ¶ Cæterũ queãdmodum diximus ubi diuinas hypotiposis .i. figurationes uel institutiones exponebamus quid sit ipsum unũ atqꝫ bonum essentia superius & ignotum: quid inquam sit in ipsa unitate trinitas & in trinitate quilibet equæ deus/ equæ bonus: nec dici/nec intelligi potest. ¶ Ipse quinetiam sanctarum uirtutum conuenientes angelis uniones/siue eas iactus dicere oportet: siue ꝑceptiones circa bonitatem plusquam ignotam/atqꝫ præfulgentem/ ineffabiles sunt/nobisqꝫ incognite. Solisqꝫ angelis illis insunt: qui super cognitionis angelice modum his digni habiti sunt. ¶ His utiqꝫ unionibus/ intellectus quoqꝫ conformes deo/angelos imitantes: quãtum fas est uniti: cũ per totius intellectualis actionis uacationem eiusmodi unio mentium deo raptarũ ad ipsum lumen excælsum confecta sit/ consequenter lumen ipsum/ propria ad modũ ratione per ablationem omnium celebrant. Ad hoc ipsum uere mirabiliterqꝫ illuminati ex beatissima ad idem unione. Quod uidelicet rerum quideꝫ omnium causa est. Ipsum uero nihil est ex omnibus.

Vtpote quod ab omnibus entibus sit supra modu3 essentiæ segregatum.
¶ Deus dupliciter considerari potest: tum a rebus longissimæ segregatus: tum omnibus maximæ se communicans. Item ipsum bonum est accomodatissimum deo nomen. ¶ Marsilius.

T ibi diximus duo ad primum rerum principium potissima pertinere: primum quidē/ excellentiā cūcta imenso spacio superemi- u nētem: secūdum uero bonitatē per oia seipsam creādo/ cōseruādo/ mouēdo/ perficiendo/ largissime diffundētem. In prima quidē cōtēplatione nullū deo nomē accōmodamus rerū prorsus ullaꝝ: siue sint siue esse possint atq3 fingi. In secūda uero: attribuere quodāmodo deo bonoꝝ ab eo ꝓcedētium nomina possumus. Qua ratione omniū in deo uigor efficax/ exēplarq3 proculdubio uiget. ¶ Negat Dionysius de deo/ quecūq3 formali aliqua ratione pertinent ad proprietates/ rerū naturaliū animarūq3/ & mentium. Vel etiā entis illius uniuersi. In quo Platonici/ essentiā/ uitā/ intellectū/ collocāt. Itē motū/ statū identitatē/ diuersitatē tanquā genera rerū. Rursus īfinitatē/ atq3 terminū/ uelut prima omniū elemēta. ¶ Vtitur quinetiā prima Platonis epistola dicente circa regē oium cūcta sunt. Ipsius gratia omnia: ipse causa est bonorū omniū. Primū ex his tribus oia dicit ex deo pendere. Secūdum declarat illic tanquam a causa finali. Tertiu3: uelut ab efficiente/ omnia dependere. ¶ Præterea probat ipsum bonum esse accōmodatissimum primo rerum principio nomē. Primo: quoniā ad ipsum bonum amplissima diffusio pertinet: eadēq3 pariter pertinet ad principiū. Deinde quia bonū rationē causæ finalis habet. Quando quidē/ tanquā finē/ omnia bonum appetunt. Finis autē/ est causa causarum causas enim cæteras mouet. Tertio: quoniā omnia principium suū appetunt: ut uel inde perficiantur. Nihili uero aliud expetunt præter bonū Bonū igitur omniū est principium: quēadmodum est & finis. Nō appetunt oia intellectū. Nec oia uitā/ & quæ saltē affectant essentiā: nō simpliciter eam optāt/ sed gratia boni: uidelicet ut etiā bene sint/ & bono quodā essendo fruātur. Quamobrē nec intellectus/ nec uita/ nec essentia: ita deo cōueniunt sicut bonū. Memento uero quatenus singula proprium bonū cupiunt/ eatenus quodāmodo ipsum quoq3 simpliciter bonū desiderare. Ab hoc enim tum ab initio/ tum perpetuo habent singula/ ut bona appetendaq3 sint. ¶ Quæ de bono ex mente Dionysii dixim9/ a Plotino/ & Proclo post Dionysiū sūt maxiæ cōfirmata.
¶ Deum tum ex nullis nominare licet/ tum etiam ex omnibus celebrare. Siquidem ipsum bonum suo modo appetunt omnia tanquam inde creata. ¶ Dionysius.

I Psum igitur deitatis excelsæ super essentiale/ipsa scilicet super bonitatis super essentia/quicquid deniq; sit/neq; ut rationem uel potestatem: neq; ut intellectum/aut uitã/uel essentiã laudare fas est/ulli ex his qui ueritatis/omni ueritate superioris/sunt amatores: sed ut excellentissime segregatã ab omni habitu/uel motu/uita. imaginatione. opinione. nomine. sermone. cogitatione. intelligẽtia. essentia. statu. firmatione. unione. termino. infinitate. Et uniuersaliter ab omnibus/quæ in ordine entium collocant. ℭ Verũ quoniã tanquã subsistẽtia bonitatis. ipso suo esse entiũ omniũ causa est/haud ab re excelsæ deitatis ꝓuidentiã bonoꝝ principiũ ex omnibus inde creatis laudare decet. Quando quidem circa ipsam omnia. Atq; eius gratia: ipsaq; est ante omnia. Et in ipsa cuncta consistunt. Atq; eo ipso quod est ipsa/ uniuersa producta sunt/atq; subsistunt. ℭ Idcirco hãc appetunt omnia. intellectualia quidem rationaliq; scienter. Inferiora uero/ his sensuali conditione. Sequentia rursus paruitatem motum: aut per aptitudinem quandam essentialem/& in quodam habitu consistentem.

ℭ Qua ratione negari omnia de deo/ac pariter affirmari possint.

ℭ Marsilius.

M Isteria Dionysii sententia illa Mercurii ter maximi confirmat. Deus inquit nihil est omniũ. Deus est oĩa. Deus nomẽ nullum habet. Deus habet omne nomen. ℭ Ita ferme res omnes in deo sunt pariter atq; non sunt/sicut domus in architecto. Formæ mẽbrorũ in uegetali seminariaq; natura. Igneus in sole calor. In unitate numeri. Longitudo lineæ in puncto/unde Pithagorica ratione producitur. Lineæ in cẽtro circuli. Radii omnes in cẽtro solis. In lumĩe uero calores. ℭ Res sane nulla præter deũ ea forma qua uel est/uel fingit/est in deo: finita uidelicet in deo pœnitus ĩfinito. Res itẽ omnes tanq̃ a deo non casu sed rõne in formã suã editæ/in deo præsunt gradu quidẽ certo/sed infinitæ præstantiore q̃ in seipsis. Merito igit Parmenides Pythagoricus apud platonẽ/omnia de ipso uno rerum principio negat pariter & affirmat. Nomina uero affirmatiue de deo dicta non significant ipsam dei naturam: ficta uidelicet ab intelligentia naturam illam pœnitus ignorante. Sed significant actum quendam. Qui ad deum quidem comparatus/productio/ad res autem/processio dici potest. Iam uero quando deus nominatur uita/significat & actum dei uiuificum/& uitam in res quandam actione eiusmodi procedentem. Similiter essentia & intellectus & bonitas/& cognomenta cætera quæ affirmant.

ℭ Qua ratione deo nullum conuenit nomen. Rursusq; conueniunt omnia nomina.

ℭ Dionysius.

Oc igitur intelligentes theologi/diuinitatem partim tanquam no
h mine carentē: partim ex omni nomine celebrant. Vt carentem qui
dem nomine quando supprem am diuinitatem aiunt in una qua=
dam secretarū/occultumqꝫ aliquid significantium uisionum apparentem/
more passe eum/qui interrogauerat. Quod est nomen tuum? Ac ueluti eū
ab omni diuine appellationis cognitione deterentem/ dixisse. Quid nam
meum nomen interrogas. At qui & hoc est mirabile. An uero nonne est
istud reuera mirabile nomen? Quod est super omne nomen. Quod est in=
nominabile. Quod quidem omne nomē exsuperat quodcūqꝫ nominatur/
uel in hoc seculo uel in futuro. ℂ Vicissim quoqꝫ tanquam plurimis nomi
nibus preditum laudant. Vbi deum rursus dicentē inducunt. Ego sum qui
sum. Vita. lumen. deus. ueritas. Et quando diuina sapientia prædit i ipsam
omnium causam uaria denominatione ex creatis omnibus prædicant. Vt
bonum/ut pulchrum. Vt sapientem. Amabilem. Deum deorum. Domi=
num dominorum. Sanctum sanctorum. Vt eternum. Vt existentem. Vt
causam seculorum. Vt auctorem uitæ. Sapiētiam. intellectum. rationem.
cognitorē. Vt thesauros totius cognitionis omnes anticipantem. Vt potē
tiam. Potentem. Regem regum. Antiquum dierum. Insenescibilem. Im=
mutabilem. Salutem. Iustitiam. Sanctificationem. Redemptionem. Ma=
gnitudine Omnia excedentem. In aura tenui. Iam uero & in mentibus es=
se deum dicunt: & in animis/ & in corporibus: & in cælo & in terra: atqꝫ si=
mul in eodem. Eundem in mundo/circa mundum/super mundum. Super
cælestem. Super essentialem: solem: stellam: ignem: aquam: spiritum: roris
nubem: ipsum lapidem: atqꝫ petraꝫ omnia quæ sunt. Nullū eorū quæ sunt.
ℂ Deus non solum omnia in omnibus agit/sed etiam ip se est in omnibus
omnia. Marsilius.

Lato in epistolis inquit omnia a deo regēte pēdere/tanꝗ ab efficiē
p te pariter atqꝫ fine: præterea in quarto legum idē cōfirmat his uer
bis. Deus ut prisci tradūt principiū & finē & media omniū cōpræ
hēdēs recta uia peragit & secunduꝫ naturam omnia circuit. In Timeo/atqꝫ
Parmenide oīa deducit ab uno. ℂ Quāobrē Plotinus & Iāblichus/ & Pro=
clus/omnesqꝫ extra cōtrouersiam Platonici/quāuis/res/uirtutes/ euentus/
differētes in causas quoqꝫ differētes proximæ referant/ omnes tamē & effe
ctus & causas in primā redigūt causam causarū. Vnde causæ omnes habēt
ut & sint & causæ sint & sua queqꝫ naturaliter agāt & certo quodam ordine
moueanť. Idcirco mediarū causarū effectus a causis suis proficiscunť/in oī=
bus causis agēte prima ideoqꝫ & a prima sunt omnes. ℂ Taꝫ uero efficaci=

ter agit in causis agentibus effectibusq; procedentibus / causa prima cuius uirtute actuq; omnia faciunt atq; fiunt / ut mirifice dotes omnes in rebus quibuscunq; reperte / non solum a causa prima sint ueruʒ etiam excellenter considerate / causa ipsa sint prima. Imo prima causa sit oēs eiusmodi dotes. Quēadmodū anima in oculo quideʒ est uisus / in auribus aūt est auditus in cęterisq; mēbris & cæteri sensus atq; uires. ℂ Tradūt astrologi per aspectū quendā lunæ ad solem / uires summatim congregatas stellarum omniū hauriri. Quoniā uidelicet uires omniū & ex istant a sole / & in sole cōsistant / per lumē usq; quaq; diffusum singulis uirtutes singulas conferente. Itaq; nō solum quicquid stelle faciunt sol quoq; facit sed etiā uirtutes in stellis differētes / ipse sol existit. In Saturno quidem solis lumē est ipsa saturnia firmitas. In Ioue uirtus alma. In Marte motus efficax. In Venere gratia. In Mercurio agilitas & industria. In Luna uiuidus humor. In cæterisq; similiter est & cæteta. ℂ Quid ergo mirum: Si deus sit nominibus omnium appellandus. Cum ipse deus in essentia sit ipsum essentiæ firmamentum. In uita uero sit ipse ad uniuersalem motum uigor intimus. In intellectu perspicatia pariter atq; claritas. In oībus deniq; summitas unuscuiusq; boni. ℂ Huc deniq; tendunt quæ Dionysius de uniuersali dei actione & regno & prouidentia disputat. Ita uero uniuersale & absolutum est dei regnum / ut non solum omnia in omnibus agat. Sed ipse quoq; excellenter sit in omnibus omnia. Agit quidem regitq; cuncta absq; inclinatione habitudineq; ad subdita. Est quoq; omnia / sine mistione ad alia sine detrimēto sui. Habet insuper in se omnia / simpliciter ac prorsus indefinite. Simpliciter inquam atq; unice. Quoniam quæ in rebus formæ sunt multæ / in deo forma sunt una. Sicut lux / calor / siccitas / leuitas / in igne quidem qualitates multe sunt / sed in cœlo una sunt qualitas / lumen unum. Diximus insuper indefinite. Quoniam uita / sapientia / iustitia / cæteręq; uirtutes quæ in anima atq; mente inter se formaliter distinctæ sunt / speciebusq; propriis definite / in deo sunt una uirtus absoluta prorsus / ipse deus immensus. Quemadmodum innumerabiles radii inter se discreti e solis globo prosiliunt / in conum passim determinati: Sed in ipso sole sunt lux unica solis / nondum discreta conis: Sed orbem sibi retinens naturalem.

ℂ Deus omnia in omnibus agit. Atq; ipse est in omnibus omnia. ideo ex honestis omnium nominibus rite laudatur. ℂ Dionysius.

h Ac igitur ratione ipsam omniū causam sup oīa existentē tū priuatio nominū / tum etiā rerū oīum nomina decēt. Vt uniuersorū exacta ratione sit regnū. Atq; circa ipsam oīa sint. Et ex ipsa tanquam

causa/ tanq̃ principio/tanq̃ fine dependeant. Ipsaq; / ut scriptum est omnia sit in omnibus. ℭ Sic igitur uere laudatur tanq̃ oĩbus subsistẽtiã exibẽs Incohãs: perficiens: cõtinẽs: custodia omniũ atq; sedes. Et ad seipsam cuncta cõuertẽs. Sed agit hæc oĩa/unite/absolute/eminẽter. iã uero neq; cõplexionis aut uitæ aut pfectionis dũtaxat causa est. Vt ab hac sola uel alia prouidentia/bonitas illa/quæ est super omne nomẽ proprie nominetur. imo uero simpliciter oĩa & in circũscripte in seipsa cõplectit. Perfectissimis uidelicet ipsius unius omniumq; causæ/prouidentiæ beneficiis. Quamobrem ex rebus omnibus congrua ratione laudatur atq; nominatur.

ℭ Quod modis fingantur diuina nomina: & quomodo diuina in uisum ueniant. ℭ Marsilius.

d Iuina nomina fingi solent uel per negationes: de qbus in mystica theologia tractat: uel per affirmationes: atq; id quidẽ duplici rõne. Aut eñi secũdũ intelligibiles ex deo pcessiones formant. De qbus his agit. Aut secũdũ sensibiliũ rerũ similitudines adducunt. Quod sane de symbolica theologia liber explicat. Liber uero psens per pcessiones intelligibiles nomina fingẽs/ex tribus principiis ea ducit. Aut enim uniuersalem dei prouidentiam beneficentiãq; significant/per omnia procedentem. Vt unum. bonum. essentia. Aut prouidentiam quasi particularem: ut uita ueritas intellectus. Particularẽ quoq; magis ut iustitia/temperantia/ fortitudo. Aut forte nõ tã ipsam dei prouidentiã proferunt/q̃ res prouidẽtia gubernatas. Vt quãdo deus nominatur sol/ignis/homo. ℭ Deniq; quod uetat diuina temere diuulgari/ cõfirmatur auctoritate Platonis / in epistolis prohibentis inter diuinorũ imperitos/efferri diuina. Ait enim nulla rudibus magis ridicula uideri q̃ diuina. Nulla sapientibus admirabiliora/ q̃ diuina putari. ℭ Cæterum quod de diuinorũ uisis: seu uisionibus adducit in mediũ/quo nam modo putabimus exponẽdũ? Nunquid diuina/quæ plusq̃ã itelligibilia sunt/cõdensato quotidie aere circunfundi: atq; ita externis oculis/sub uariis seipsa figuris offerre? An potius intelligibile inde lumen intellectui nostro uberius se infundẽs/ex intellectu protinus in imaginationem nostram exuberare. Ibiq; uariis uestitum figuris / ac iam imaginabile factum/inuisum quoq; ipsum intrinsecus exundare? Atq; hic efficatius apparere/uariusq; uideri q̃ si per iferiora media extrinsecus incidisset. ℭ Hac utiq; ratione diuinorũ plurimum uisa fieri Platonici putãt. Ideq; præsentia Dionysii uerba sonare uidentur. Vbi eos quibus hæc apparent & tũc illuminatos dicit & prophetas nominat/præceptoresq; sacrorũ. Ratio qdem Platonica forte dictaret/uisa per deũ summũ: angelosq; sublimes effecta/se

cunda hac fieri ratione. Facta uero per īferiores angelos sepius ratione prima. Præsertim quādo hominib⁹ nō admodum excellētibus offerunt. Nos autē ita deniq; sentiemus ut theologoꝝ cetus maxime cōprobauerit. ℭ Si uaria diuersorum nominū uisa desideras itelligere. Lege Imblici librū/ quē anno superiore sumus interpretati/ de his latissime disputantem.

ℭ Diuina nomina ducuntur non solum a prouidentia dei/ rebus ue prouisis sed etiam a uisionibus diuinis. Sed diuina non sunt patefacienda ꝓphanis.

ℭ Dionysius.

n Eq; uero hæc tm̄ diuina nomina theologi cælebrāt/ quæ a prouidētiis uniuersalibus: particularibus ue; aut ab his quæ prouidentia diuina regūtur/ originem ducunt: sed etiā a diuinis quibusdam inter dū uisis. Quibus præceptores sacrorum/ uel prophetæ in sacris edibus aut alibi illuminati sunt/ ex aliis & aliis causis/ atq; uiribus nominare solēt bonitatē omni nomine omniq; luce prorsus excelsiorem. ℭ Iam uero formas illi figurasq; humanas/ uel ignis/ uel electri circūponunt. Ipsiusq; oculos auresq; & crines. facies. manus. scapulas. alas. bracchia. humeros. pedes. laudant, coronas quinetiam. sedes. pocula pateras/ & alia quedaʒ id genus mystica/ circa deum fingunt. De quibus in significatiua theologia pro ingenii facultate dicemus.. ℭ Nūc aūt quecūq; ad præsens opus pertinēt ex libris theologicis colligētes: atq; his quæ dicta sunt/ tanquam regula quadā utentes ad quam aciem dirigamus ad explicanda itelligibilia dei nomina iam ꝑgamus. Iam uero quod nobis in uniuersa theologia lex sacra sancit/ intētissima in deum mente/ diuinitus effulgentia (ut propriæ dixerim) spectacula speculemur. Atqui & aures expiatas sacrorum dei nominum explanationibus adhibeamus. Sācta sanctis ex traditione diuina dumtaxat īsinuātes. Eaq; a risu illusioneq; prophanorum interim uindicātes. Imo uero illos ipsos siqui omnino sunt tales ab hoc errore diuinis repugnāt & pro uiribus liberantes. ℭ Te quidem ista conseruare oportet optime Timotheæ iuxta sacratissimā sanctionē. Neq; iter ꝓphanos eloq aut efferre diuina. ℭ Mihi autē pstet Deus rite ut diuina decet laudare benefica & multiplicia noīa deitatis appellatiōe/ noīeq; carētis: nec ori meo uerbum auferat ueritatis.

ℭ Quæ deitas per essentiā. Quæ per participationē. Quomodo bonitas sit ꝓpriū dei nomē. In trinitate quæ cōmunia sint/ quæ ꝓpria. ℭ Marsili⁹.

i Herarchia usitatissima apud Dionysiuʒ appellatio dei/ interpræta tur durissima/ significat deitatē primā deitatis diuinitatisq; uniuscuiusq; principiū. Oppinātur eni Platonici deum primū intellectibus omnibus tam humanis q̄ angelicis impressisse proprium quendam sui

characterem/ tanquam proxime a se creatis: quā alibi appellauimus unita- tem: atq; etiam bonitatez. Quæ quidē unitas in naturis intellectualibus so ciam superat multitudinem. In naturis uero deterioribus sepius a cognata multitudine superatur. Intellectus igitur ob naturalem excellenteq; unita tem diuini dicuntur. Et quatenus in eam collecti per eā fruuntur & deo/dii quandoq; cognominātur. Hac igitur ratione. Deus ipse alioquin simplici- ter proferēdus/dicitur & primus deorum deus/& diuinitatis deitatisq; uni uerse principium. ℭ Ipsa per se bonitas cū significet summā/ tū sufficienti am tum etiā amplitudinem/ præcæteris exprimit principii primi naturā. Præsertim quia proprietas illius est omnia facere. Boni quoq; ipsius est ef ficere oia: siqdē eiusdem est cūcta perficere. Intellectus aūt qua ratione sim- pliciter/intellectus existit: nō est sibi ipsi sufficiens. Sed est quasi quidā ocu- lus institutus & ad spirans ad intelligibile lumen. Neq; hoc ipsum lumē est primus ipse deus. Subit eni quandam (ut diximus alibi) cū intellectu pro- portionē. Multominus essentia/atq; uita sibimet sufficiunt. Quādoquidē intellectus qui perfectionē/nō satis sibi ipse facit. ℭ Deniq; si uerū est/ qd plerīq; pipatetici putāt: ipsum uidelicet ens qua ratione ens esse intellectus obiectum intellectui adequatum/nimirum nec ens nec essentiā esse potest principium uniuersi. Quippe cū intellectus hoc inferior ens uniuersūz un diq; circum lustret/& penetret/& distinguat & componat atq; definiat tā- quā rem proportione quadā intellectui cōiugatam. ℭ Omnia communi- ter nomina a sapientibus attributa Deo: propterea q perfectionē simplici ter excellentiamq; significent: singulis trinitatis diuine personis eque con- ueniunt. ut bonitas ipsa. immensa potestas: causa omnium prima atq; simi lia. Nam & eiusmodi nomina ad celebrandam diuinam naturam instituta sunt: & natura diuina tota in singulis personis est penitus una. ℭ Quæ ue ro proprietatem persone significant personis cæteris non conueniunt. ut pater/filius/spiritus. Item generare generari. procedere. Proprium quo- q; filii est humanam sibi naturam assummere. ℭ Genitor quo potentior est eo similiorem sibi prolem generat. Potestas igitur infinita infinite con- similem: similitudo uero ad equalitatem adolescens gradatim in ipsam idē titatem postremo resoluitur. Vna est igitur naturæ in patre & filio sin- gularitas. tanta dumtaxat distinctione seruata quanta est omnino inter ge nitorem ac genitum necessaria. Id autem est ut hoc quidem sit ab illo/ ne- que uicissim. Similis quoque distinctio est inter patrem una cum filio pro ducētē spiritūq; productū. Atq; procedētē. Quæ quidē distinctio priorē ali um alio sola forsan designat origine. Quia uidelicet hic ab illo. Neq; cōtra.

Neq; propterea prior est alius alio uel tempore uel natura. Non tempore. Quoniam & hic & ille pariter est eternus. Non natura. Quoniam ita natura singularis est una/quemadmodum in nobis natura in patre filioq; specialis est eadem. Quæ quidem in nobis ac multomagis in igne uel lumine ad identitatem summam uidetur anniti quam ab euo possidet in diuinis.

¶ Quæ in trinitatæ communia sint/quæ propria. ¶ Dionysius.

Plā per se bonitas a sacris cælebratur tāquam definiens atq; exprimens totā deitatis suppreme substantiam/quicqd tādem existit.

Quid enī aliud ex sacra theologia discere licet? Quando supernum ipsum deū ait exponēdo dixisse? Quid me interrogas de bono. Nullus bonus nisi solus deus. ¶ Hoc igitur & alibi a nobis discussum est/atq; demonstratum. Omnes semper denominationes deo dignas nō diuisim per partes/sed in tota/perfecta/integra/plena/deitate/a sanctis eloquiis celebrari. Ipsasq; omnes idiuidue/absolute/præter omnē discriminis obseruantiā integra uidelicet ratione uniuersæ integritati perfectæ totiusq; deitatis attribui. ¶ Iā uero quēadmodū in theologicis institutionibus/ammonuimus/nisi quis hoc de tota deitate dictū cōfiteatur scindere audet temeritate nefanda unitatem ipsam super unitam. Dicendū igitur de tota deitate hoc accipi oportere. Nempe uerbum quoq; ipsum natura bonū/ego inquit bonus sum. Atq; aliquis ex prophetis diuinitus occupatis canit spiritū bonū. Huc tēdit & illud. Ego sum qui sum. Nisi de tota dictū deitate consentiant/sed per unā dumtaxat partē circumscribere ānitātur/quo nā modo illud accipient? Hæc ait qui est/qui erat/qui uenturus est/qui est omnipotens. Itē illud tu autem idem ipse es. Nec nō & illud. Spiritus ueritatis/qui est/qui a patre procedit. At qui nisi totam deitatem esse uitam dicāt atq; uiuificam. Quo nam modo uerū est uerbum sacrū/quod ait. Quēadmodū pater suscitat mortuos & uiuificat/sic & filius quos uult uiuificat. Et illud spiritus est qui uiuificat. Iam uero q tota deitas habeat omnium dominatum perspicue patet. Nempe de fecunda patris deitate/uel deitate filii. Non facile narratus est (ut arbitror) q̄ multis theologiæ locis prædicet dominus de filio pariter atq; patre. Spiritus quinetiam dominus est. ¶ Ipsum quoq; pulchrum atq; sapiens in tota deitate laudatur. Lumē præterea. Potestasq; deifica similiter atq; causa. Cuncta summatim quæ totius deitatis supræme sunt/sacre littere in uniuersam deitatem referunt celebrandam.

¶ Nomina trinitati communia/quandoq; summatim compræhenduntur/quandoq; discursione quadam enarrantur. Ac dum de uno prædicantur/de omnibus prædicata censentur. ¶ Marsilius.

p Aulus scribens ad Colosenses/filium inquit dei esse patris quidem imaginē: mūdi uero exēplar. In quo sint omnia genita. Itē p ipsu3 tanquā efficientē causam oia facta fuisse. Rursus in ipsum uel ad ipsum referri oia ut ad finē. Deniq3 in eo cuncta cōsistere uelut in causa cōseruante. Dum uero de filio loquens ipsum esse omniū causam inquit/ exemplarem/efficientem/finalem/ conseruantē/ quatuor hæc munera non solū filii: sed etiā patris sanctiq3 spiritus esse censet. ℂ Dauid quoq3 ubi ait: spiritum creare omnia/intelligi uult patrem quoq3/& filium una cū spiritu procreare. Quam sane cōmunionem declarat euangelium: ubi filius inquit patri: tua omnia mea sunt atq3 uicissim. Deniq3 spiritui quoq3 dantur quecūq3 patri filioq3 traduntur. Sed aliquando munera hæc eiusmodi discursione/ & quasi distinctione quadam gradatim diuinis personis attribuuntur (ut diximus). Interdū uero summatim: ut quando dicitur omnia sunt ex deo.

ℂ Diuinis personis communia aliquando summatim compræhenduntur/ aliquando attinguntur articulatim. ℂ Dionysius.

q Væ personis diuinis cōmunia sunt littere sacre aliquando summatim cōpræhendunt: uelut quādo dicitur/oia sunt ex deo. Aliquādo discursione/ & quasi distinctione quadā: ut quando dixerit quispiā. Omnia per ipsum. Atq3 in ipsum creata sunt. Et in eo cuncta cōsistūt. Rursus illud: emittes spiritum tuum/& creabūtur. Atq3 ut summatim dicatur: uerbum ipsum suppræme diuinum inquit: ego & pater unum sumus. Et omnia quæ habet pater/ mea sunt. Et quando sic patrem alloquitur. Mea omnia tua sunt. Atq3 tua sunt/& mea. Præterea quecunq3 patris sunt/ atq3 filii/spiritui quoq3 suppræme diuino cōmunicabiliter unitæq3 attribuunt. Deificas operationes uenerationem fontiam indeficientemq3 causam. Optimorum munerum distributionem. ℂ Iam uero neminem arbitror ex his qui in diuinis eloquiis recta immutabiliq3 intelligentia sunt educati huic sententiæ contradicturum. Quod uidelicet quecunq3 deo digna censentur/toti diuinitati insunt/ ratione diuinitatis absolutissima. ℂ Cu3 igitur hæc in præsentia quidem breuiter atq3 ex parte: alibi uero sufficienter sacrorum eloquiorum testimonio ostenderimus: atq3 distinxerimus/ deinceps quācunq3 diuinam denominationem integram explicare tentemus/ hanc ad totam diuinitatem pertinere putandum.

ℂ Eloquia diuinitus inspirata sunt totius theologiæ principia. In qua mysteria multa humanam superant rationem. Illis ergo principiis ad quiescēdum. Siquis illa negauerit non est cum illo de theologia loquendum.

ℂ Marsilius.

f Iquis autem obiicerit confusionem nos has ratione contra distinctionem diuinitati conuenientē introducere/nos hunc arbitramur se uera dicere/nunquā persuasurum. Si enim is est/ qui omnino sacris litteris resistat/a philosophia quoq; nostra procul admodū aberit. At qui nisi curę illi sit diuina sanctorum eloquiorum sapientia/quonam pacto nobis curę erit ad theologicam scientiam hunc adducere? ¶ Sin autē sacrorum eloquiorum ueritatem quasi signum spectat/hac & nos regula luceq; freti/ad rationem nostrā pro uiribus contra obiecta reddendam indeclinabili sententia iam pergemus. Principio dicentes theologiam alia quidē unite/alia uero discrete nobis tradere. Quare neq; unita diuidere fas est/ neq; discreta confundere. Sed ipsam sequendo quantum uires suppetunt ad diuinos splēdores conferre nos expedit. Iam uero nos illinc diuinas explicationes suscipientes/tanquā regulam quādam ueritatis pulcherrimā/ quæ ibi posita sunt/in nobis ipsis conseruere studemus: nec addētes quicquam/ nec minuentes: nec etiam permutantes: in seruandis diuinis eloquiis: nos interim cōseruati. Atq; ab ipsis ad cōseruandos eorū obseruatores corroboriti.

¶ Quæ sint in diuinitate communia. Quæ propria. ¶ Marsilius.

a Lia in diuinitate communia sunt. Alia propria. Duo uero sunt cōmunium genera. Aut enim excellentes quedam negationes sunt. Vt super bonum/ super essentiam atq; similia. Aut progressus ex deo benefici. Vt bonum & essentia cæteraq; similia. ¶ Duo quoq; sunt genera propriorū. Aut enim persone ipse diuine sunt psonarumq; pprietates/aut humanitatis assumptio a uerbo diuino tm̄ facta. ¶ Et si ꝙ est patris propriū idest generare nō sit cōmune filio. Cui est propriū generari/ non tamē propterea filius gradum tenet inferiorem. Quia/nec tempore/ nec natura posterior est q̄ pater/nec minus diuinitatis habet. Tota enim est utrobiq;/eadēq; diuinitas: hoc tm̄ differēs qd̄ hic existit inde/neq; uicissim.

¶ Quæ sint in diuinitate cōmunia. Quæ propria. ¶ Dionysius.

c Omnia quidem toti diuinitati sunt/quēadmodum in theologicis īstitutionibus latius ex sacris litteris demōstrauimus: ipsum qd̄ dicit/ Sup bonū. Super deitatē. Super essentiā. Super uitā. Super sapientiā. Et quecūq; in excellēte quadā negatione cōsistūt. Quorū in ordine sunt etiā quæ ad expressionē causæ pertinēt. s. bonū. pulchrū. ens. uiuificū. sapiens. & quæcūq; nomina ex beneficis ipsius donis/ bonorū oium causæ tribuunt. ¶ Discreta/uero in diuinitate sunt super essentiale patris nomen/resq; ipsa ppriæ patri. Itēq; filii/spūsq; sancti. Quippe: cū nulla in his cōuersio/aut omnino cōmunitas inducat. Discreta ꝑterea est pfecta imu-

tabilisq; Iesu substantia cum nostra natura communicans: & quecunq; sub stantialia mysteria sunt ad ipsam Iesu substãtiam. Humanitatẽq; benignis simam pertinentia.

¶ De unitate & discretione diuina. ¶ Marsilius.

Nitatem appellamus in deo/ipsam diuinæ infinitatis singularita-
u tem nulli foris cõmunicabilem. Discretionem uero dicimus pro-
cessionem rerum ex deo manantium. Nisi enim processio fiat/nec deus habebit a quo distinguantur: nec ulla rerũ erit inter se distinctio. Cuncta siquidem in deo sunt unum. Res ipse procedẽtes cõseruãt interim mutuam unionem. Nam in uno quodam cõueniunt cum sint ab uno. ¶ Item pœnes diuinam unitatem (qualem modo diximus) personarũ considera-mus distinctionem; rursus in hac distinctione communionem. Tum quia dotes omnes per excellentiam deo tribute/sic in una quauis persona sunt/sicut in alia tum quia persona quelibet est in aliis cuncta simul/atq; distincta/quemadmodum lumina luminibus insunt.

¶ De unitate & discretione diuina. ¶ Dionysius.

Pere præcium uero est (ut arbitror) ut planius resummẽtes/perfe
o ctum diuine unionis distinctionisq; modũ exponamus. Quo ser-
mo nobis omnis sit conspicuus/uarietatem quidẽ omnẽ obscuritatemq; deuitans. Distinctæ uero & manifeste/& ordinate pro uiribus propria digerẽs. ¶ Theologicæ traditionis nostræ præceptores appellãt/ut alibi dixi/unitates quidẽ diuinas excellentes quasdã ipsius plusquã ineffabilis & supra modum incognite singularitatis stabilitatis ue firmitates/secretas pœnitus nusquã ue prodeuntes. Discretiones autẽ/uocãt beneficas supprema diuinitatis ꝓgressiones/atq; expressiones. ¶ Iam uero eloquiorũ sacrorũ obseruatores tradũt unionis modo dicte propria quedã: rursumq; discretionis proprias quasdam uniones/atq; discretiones. Velut in unione diuina/siue natura illa essentiã superãte cõmune quidem est unice principaliq; trinitati existentia essentiam superans. Deitas diuinitate superior. Bonitas bonitate præstantior. Item identitas ipsa totius proprietatis omnia superantis/omnia superans. Vnitas quoq; principio eminẽtior. Præterea ineffabile. Vicissimq; multis uocibus predicabile. Ignoratio/quinetiam: ac uicissim per omnia intelligibile. Omnium positio/oĩum ue negatio. Excellentia quoq; omnẽ positionẽ ablationẽq; excedẽs. Personarũ præterea ratione principii dominãtium/si dicere ita licet/mansio in se inuicem atq; sedes/integre supra modũ unita/nullaq; ex parte cõfusa. Quẽadmodũ lumina lãpadũ/ut sensibilibus ꝓpriisq; utamur exẽplis/in domo una cũ sint/&

tota in totis mutuo sunt/ & sincera interim exactaq; a seinuicē discretione ꝓpria secernunt: discretione qdē cōiūcta: & uicissim uniōe iter se discreta.

ℭ De unione & discretione luminū/ atq; diuinorū. ℭ Marsilius.

SI in aula lucernis tribus illustri deambules/ tres umbre resultant. Præterea si ingentem tabulam lucernis illis opponas: cuius in medio sit foramē/ lucerne tris p foramē illud tria lumina e transuerso trahiciūt in oppositū. Vnde coniicimus emicantia lumina in aere inuicē nō confundi. Sed quāuis sint cōuincta loco/ pura tamē sunt suamq; proprietatem seruant inter se discretā. Spiritalis enim eorū natura facit ut non commisceantur inuicem in nouā cōmunemq; formā: sicut solent corporeæ qualitates. Quanquā astrologi putant e multis radiis uim nouam aliquā procreari. Radiis tamē interim nō cōmistis. Quāobrē unumquodq; lumen discerni potest ab alio: nec alieni quicq̄ secū ferens. nec relinquens sui: atq; ut Plotinus ait: principiū suū passim/ & assidue comitans. Profecto pluribus lucernis adductis splēdor inde fit ingētior. Vnaquaq; subducta fit minor. Vnaquaq; eni lumē suū & affert ueniēs/ & aufert idē discedēs. ℭ Si lumina ob incorporeā proprietatē in corpore tamē existentia/ munus id consequūtur/ ut & unita inuicē/ & simul discreta inter se mirabiliter esse possint/ multo magis id habēt/ quæ magis sunt a corporibus seperata. Vt ipsius aīæ uirtutes atq; sciētiæ. Magis etiā ipse inter se substātiæ aīaꝝ. Magis insup inuicē itellectus angelici. Maximæ oīum trinitatis diuine persone. Cuius quidē tā unitatis q̄ discretionis participatione quadam singula deinceps pro modo suo gradatim unionem discretioneq; reportant.

ℭ De unione discretioneq; luminum. ℭ Dionysius.

QVando in eadē aula lampades accēse sunt plures/ uidemus oīum lumina ad unū aliquid coniuncta lumē/ unumq; splendorē idiuiduū præferentia. Neq; posset (ut arbitror) aliquis lāpadis huius lumē ab āliis ex aere cuncta lumina cōtinēte secernere: & alterum absq; altero cernere. Quippe cū tota in totis sine mixtione sint inserta. Iam uero siquis lāpadē unam e medio tollat/ lumen quoq; proprium eius totū abeuntem/ lāpadem comitabitur: nec quicquā aliorū luminū secū trahēs: neq; ex suo cæteris aliquid linquēs. ℭ Erat eni (ut diximus) illic totoꝝ ad tota exacta quidem unio/ nec ullo modo cōmista/ nec ulla ex parte confusa. Id quidē ita se habet. Quamuis lumen sit in corpore aere/ atq; ex igne materiali depēdeat. ℭ Vnionē igitur illam essentia superiorē/ trāscēdere dicimus/ nō uniones tm̄ quæ fiūt in corpore: sed eas etiā quæ in animis ipsis cōficiunt. Imo & illas quæ efficiuntur in mētibus. Quas quidē tota illa diuina & super celestia

lumina: ꝑ tota/ rōne plusq̄ mūdana sincere admodū possidēt: participatiōe quadā unitatis illius oībus eminētis: & unicuiq; pro cuiusq; modo seipsam impertinentis. ¶ Discretio diuinarū personarū duplex. ¶ Marsilius.

Eminā in trinitate cōsideramus discretionē: tū qa existētia patris/
g alia est atq; filii: & existētia filii patrisq; alia est/ atq; spiritus. Tū etiā quoniā actus patri ꝓprius quod est generare nō cōuenit filio. Neq; actus filio proprius. i. nasci/ patri cōpetit. Similiterq; ꝓcedere ad spūm solū ꝑtinet. Ideo nec pater est fili⁹: nec fili⁹ est pater. Neq; spūs simili rōne.

¶ Dionysius.

St autē discretio apud suppremā theologiā/ nō solū quā modo di-
e cebā/ qa uidelicet iuxta ipsam unitatē diuina quelib; subsistētia purā/ & ꝑmistā/ suā sibi seruat proprietatē: sed etiā qm̄ diuina illic generatio inuicē nō conuertit. Nēpe sup essentialis deitatis fons solus est pater. Neq; pater est filius: Neq; filius est pater: sacri igitur hymni sua unicuiq; diuinarū ꝑsonaꝝ pie planeq; conseruant. He quidem secundū ineffabilem unitatem atq; existentiam uniones & discretiones existunt.

¶ De discretione/ & unione diuina: i creaturaꝝ ꝓcessione. ¶ Marsilius.

N processione rerum ex deo cōsideratᷣ discretio simul/ & unio. Di-
i scretio quidē qa deus uidetᷣ seipsum idest similitudinē suā in plures imagines deriuare: sicut & sol lucē suā in radios quam plurimos: & uultus unus circa speculū effigiem suam in multas imagines. ¶ Vnionē quoq; interim cogitamus. Tum qa nec unitas ipsa diuina uel multiplicatᷣ intus uel diuiditur foris/ uel admiscetᷣ. tum etiā quia bonoꝝ progressio cūctorū/ eque fit a filio atq; spiritu sicut a patre. Profluūt autē ex deo bona q̄ plurima. Precipua uero tria scilicet essentia/ uita/ intelligētia. Quēadmodū a sole lumē. Calor/ ordo formarū. ¶ Præterea sicut a pūcto circuli medio lineæ circū q̄ plurime ꝓducūtur/ ipso interim in lōgitudinē nō producto ab aliisq; distincto. Lineæ uero inde/ & suū queq; punctū possidēt/ & idiuiduitatē in latū profundūq; suam. Rursum sicut multe impressiones ex uno eodēq; sigillo/ nō multiplicato/ nō diuiso/ nō omnino cōiūcto. Ita ferme rerum processio fit ex deo. diuina tamē simplicitas absq; proportione segregatior est a rebus inde fluentibus q̄ cētrum/ atq; sigillum: diuina quoq; potestas est rebus præsentior q̄ alterutrum. ¶ Dionysius.

I aūt diuina quoq; discretio est beneficus unitatis diuinæ ꝓgressus
f seipsam plusq̄ unitæ bonitate sua ꝓpagātis/ atq; multiplicātis: unitæ qdē sūt in discretione diuina traditiones ipse donorū a reb⁹ penitus absolute: siue essentia: siue uita: seu sapiētia inde ꝓcedat cæteraq; cau/

ſæ oium bonitatis munera. Iuxta quæ ex participationibus atq; participāti bus celebrant̃ quæ participātur: interim nequaquā participata. ℂ Id ſane cōe unitūq; eſt & unū toti pœnitus deitati. Ipſam uidelicet oēm totāq; ab uno quoq; participāte ſummi: atq; a nullo iterim ulla ex parte pcipi. Quēadmodū circuli cētrū ab oibus circūfuſis rectis in circulo lineis. Atq; ueluti ſigilli figuramēta plurima, principalis figuræ participia ſunt, ubi, & in ſingulis figurationibus idē totūq; ſigillū eſt: & in nullo ulla ex parte rurſus exiſtit. ℂ Supereminet autē hæc incōicabile illud deitatis oiu3 auctoris. Propterea φ neq; tact⁹ illi⁹ ē ullus: nec alia quæ uis ad pticipātia pmixta cōio.

ℂ Differentes ſub eadem idea reſultant imagines ob differentiam ſubiectorum. ℂ Marſilius.

f Igillū manu potēti ductū, imaginē ſuā eandē, uniuerſā exactā, quātū in ſe eſt ſubiecto cuiq; tribuit. Multæ uero fiūt ſigilli eiuſdē imagines, qa multæ materiæ ſunt: pfectionis quoq; gradib⁹ differētes euadūt qm̄ materiæ admouent̃ gradibus diuerſis affectæ. ℂ Similiter ferme ſe habēt diuini exēplaris ideæ quelibet ad ſubiectas ſibi materias, uel naturas. Materiæ uero uel naturæ nō ſolū p medias cauſas ad diuinū exēplar uariæ diſponūtur: ſed & ipſa ꝓuidentia dei ad pſcriptū finē medias ubiq; cauſas agitāte. Quæ, & ita naturas ab initio uarias ꝓcreauit. ℂ Dionyſius.

a Biiciet forte qſpiā: ſigillū, nec idē, nec totū in totis formationibus eſſe. Sed ſigillū nō eſt in cauſa. Illud namq; ſe totū idemq; iprimit unicuiq;. Differētia uero participātiū diſſimiles unius totiuſq; & eiuſdem exemplaris primi reddit effigies. Si enim ſubiecta ſint mollia formatuq; facilia, & leuia, figuriſq; uacua neq; reſiſtētia, duraq;: neq; fluxa, rurſus & in cōſtātia, figuram certæ purā & expreſſam permanſurāq; reportabūt. Siquid uero ex his (quæ diximus) pparamētis defuerit: defectus eiuſmodi erit in cā, ut & figura minimæ cōgruat exēplari: & obſcura cōtingat. Atq; ut cætera quoq; accidāt, quotcūq; participationis ineptitudine fiunt.

ℂ De diſcretione rurſus, & unione diuina circa xp̄um. ℂ Marſilius.

q Vas in præſentia circa deū diſcretiones cōſideramus primā: φ nec pater, nec ſpiritus. Sed filius naturā aſſumpſit humanā. Naturam duo nō pſonā: ſed ī ipſa diuinæ unionæ perſonæ: ſecundā: φ actiones paſſioneſq; Chriſti prorſus humanæ, ut concipi, naſci, exurire, cōmedere dormire, dolere: quodāmodo quidē attribui filio poſſunt, uidelicet humanā induto naturā. Patri uero ſpirituiq; nullo modo poſſunt. ℂ Sed geminam uiciſſim unionē excogitamus. Primā. φ pater, filius, ſpiritus uolūtate eadē pœnitus cōſenſerūt: filiū uidelicet hoie3 effici. Scđam, φ diuie oēs

in christo operationes eque sunt toti trinitati cõmunes. ℂ Notabis iterea eternũ dei uerbũ assumpsisse corpus humanũ nõ ex cælo / ut opinatus est cælestinus atq; Valerianus. Sed ex nobis. Item totam naturã nostram non subtracta anima uel intellectu. quod Arrius Apolinarisq; suspicãtur deniq; naturam ueram nõ imaginariã/qualem manichei somniauerunt. Tres eni hos errores ipsa Dionysii uerba proculdubio confutant.

Dionysius.

N ipsa quidẽ operatione diuina erga nos benefica munus hoc discretũ est/q; uidelicet super substantiale dei uerbũ secũdũ nos & ex nobis integrã / atq; uerã assumpsit naturã. Item q; gessit & pertulit/quodcũq; diuinitatis ipsius factæ iam humanæ: propria sunt atq; præcipua. In his eni pater & spũs nullã habuere cõmunionẽ. ℂ Nisi forte qs dixerit in benefica clemẽtiq; uolũtate circa assumptionẽ eiusmodi cõsensisse Rursumq; cõuenisse simul in omni operatione diuina ieffabili pœnitus/& excelsa/humanã naturã exsupãte: quã gessit dei uerbũ/fm qdẽ nos factũ hõ sed diuinitate pœnit⁹ ĩmutabile. ℂ Hac igiƭ & nos rõne unire/& discernere diuina differẽdo studem⁹ queadmodũ ipsa diuia/cõiũcta sunt atq; discreta.

ℂ Duabus uiis ad deũ accedimus rõne/ueneratione. ℂ Marsilius.

D diuina duabus præcipue uiis accedimus. Aut eni rõne/aut ut ue
a neratione mouemur. Ratione qdẽ ad cognoscẽdũ esse deũ ex ordine mũdi. Esse potẽtissimũ: ex motu totius rerũq; effectu. Esse optimũ ex usu rerũ/& cõmoditate mirabili. Eadẽ quoq; uia principium uniuersi ex participationibus suis cognominamus/deũ. Quia deos efficiat uel diuinos. essentiam. uitam. sapiẽtiã. bonitatẽ. Quia esse rebus tribuat: uitãq;/ & sapientiã. siue ordinem. Et benefica dona. ℂ Hucusq; humana rõ lumine naturali procedit. At ipsam uero naturã dei in seipsa manẽtẽ: & mysteria trinitatis/atq; similia/ueneratiõe potius præparamur. Veneratio ad deum geminis peruolat alis. fide uidelicet & amore. Quibus deniq; deo coniungimur unione quadã intelligentiã superãte. ℂ Qui tãdem ita deo fruitur/agnoscit protinus nõ esse deum/uel pœnes deũ simile uel tale aliquid/ quale prius excogitauerat/quando principiũ rerũ ex participantibus / participationibus/donis cognominabat. Huic Platonicuʒ illud in epistola ad Dionysium simile. Animus noster affectat qualia diuina sint itelligere/aspiciens in ea quæ sibi cognata sunt: quoꝶ nihil sufficienter se habet. Nã in ipso rege omniũ/& pœnes ipsum nihil est eiusmodi. Quod autẽ post ipsum est/animus dicit. Hæc Plato Cognata quidẽ animo sunt substãtia incorporea/uiua uiuifica: sensualis: rationalis: intellectualis: intelligibilis: sapiens.

Nam ipsa anima uel hæc ipsa est; uel horum particeps/atq; compos. Quatenus uero in seipsam suaq; respicit/per hæc deum iudicat/atq; nominat eatenus quoq; fallitur. Trāsiturus uero animus quandoq; est/hæc omnia. Tū demum non amplius mentiturus. ℂ Dionysius.

S Ed harū unionū/atq; discretionū/rationes deo dignas quascūq; in diuinis eloquiis inuenimus/in theologicis īstitutionibus propria seorsum de singulis distinguētes/pro uiribus exposuimus: alia quidem uera ratione euoluentes & explicantes. Atq; ita sacrū/trāquillūq; intellectū ad perspicua sacrorū eloquiorū spectacula perducentes. Aliis autē tāquā misticis ex traditione diuina sup ītellectualē actionē intēdētes. ℂ Diuina eni oia etiā quæ nobis patuerunt solis participationibus cognoscuntur. Hoc ipsum uero qualia in seipsis existant secūdū propriū principiū atq; sedem/super intelligentiā extat: omnēq; essentiā & notitiā supereminēt: uelu ti si super essentiale illud atq; secretū appellamus deum aut uitam/aut essentiam. Velut lumē uel rationē atq; uerbum. Nihil ītelligimus aliud q̄ aliquas in nos ex eo profluentes/participationes/atq; uirtutes. Quæ uidelicet diuinos aliqd faciant/uel essentiā aut uitam/aut sapientiā largiātur. ℂ Ipsi uero secretæ naturæ per quādā oium intellectualiū actionū uacationē pœnitus absolutā appropinquamus: nullam iam aspicientes deificentiam: aut uitā/aut essentiam quæ omnino similis sit ipsi omnium causæ/cūcta prorsus per omnem excellentiam superanti.

ℂ De trinitate & donis trinitatis in naturis intellectualibus. ℂ Marsilius.

E X fecunda solis natura nascitur ipsa lux intima solis: equalis generāti naturæ/& a cētro ad superficie; solis usq; producta. A superficie rursus eadē equalitate reflectit undiq; se ad cētrum splēdor ipse calefactorius ex natura luceq; profectus. Eodē ferme modo in diuinis ex patre filius spiritusq; existent. Tam & si modus ille intelligētiam nostrā superat supra modū. ℂ Verum qualiscunq; modus ille sit/intelligentia saltem hucusq; progreditur: ut excogitet: quēadmodū a sole oia diaphana .i. luci peruia/euadūt momēto lucētia pœnitus ideoq; solaria: sic ex deo itellectuales substātias puritate diaphanas/suscepto protinus fulgore diuino/diuinas & quasi deos euadere. Atq; fulgoris huius fecunditate intellectus ubiq; superiores lumē insequētes effundere. Cuius infusione illi quidē hos quasi regenerēt: hi uero illinc quodāmodo renascātur: ferme quēadmodū luna ex sole illumināte renascit̄. ℂ Hac igitur rōne diuini patris filiiq; munera per generationē/& natiuitatē īsequētes pueniūt ītellectus. Peruenit quoq; munus sancti spūs dū illæ suū cūctis inspirat amorē. Vnde p amatoriū affectū/

intellectus tum superiores generãt; tum inferiores inde nascuntur: quatenus hi semp ab illis cõuertunť purganť/illuminãtur/ pficiscũtur. Deniq̨ sicut materia corporalis per potẽtiã formabilẽ ad actũ formæ paraŧ; unde generatio sequiť. Ita substãtiæ spirituales per amatoriũ affectũ qui sanctũ spiritũ representat supioribus itellectibus exponunť: atq̨ expositi renascunť.
ℭ Ratio tñ ipsa generationis/natiuitatis/spirationis diuinitati ppria: sequẽtia hæc q̃uis quo quomõ similia ĩfinito prsus supat ĩteruallo. ℭ Diony.

Cœpimus insuper a sanctis eloqis: patrẽ quidẽ esse fontanã (ut ita
a dixerim) deitatẽ. Filiũ uero spũmq̨ fecunde deitatis: si modo ita licet loqui/germina diuinitus pululãtia/ & quasi flores/ & super substãtialia lumina. ℭ Sed qua rõne hæc sint/ nec loq/ nec itelligere possumus. Hactenus uero nostra ois intellectualis actio se extẽdit: ut uidelicet excogitet/ oẽm patris ipsius ac filii rõnẽ/ab ipsa rõne patris/filiiq̨ prima oib⁹ eminẽte/ & nobis/ & uirtutibus super celestibus esse tributã. Ex qua qdẽ intellectus/ diuinã imaginẽ pferentes/ & dii/ & deoꝝ filii/ & deoꝝ patres fiũt atq̨ nominanť. Dũ uidelicet id patris/ filiiq̨ munus spiritualiter ubiq̨ peragiť. Idest incorporea/ in materiali ĩtelligibili rõne. Ipso interim diuino spũ qcqd intelligibile in materiale diuinum/ fingiť/ excellẽtissime superãte similiterq̨ patre/ atq̨ filio/ ab oĩ diuino patris filiiq̨ officio/ eminẽter exceptis.
ℭ Causa superat effectum/ nec est in effectu ad superiorem causam perfecta similitudo. ℭ Marsilius.

Causa tanto saltẽ excedit effectum/ quanto mouere/ & agere superat
c mouere/ atq̨ pati. Hac utiq̨ ratione causa quelibet quomodocunq̨ efficiens/ præstantior est effectu: præsertim quoniã causa quidẽ effectũ profert. Hic autẽ neq̨ seipsum/ neq̨ illam proferre potest. ℭ Potissimum uero causæ illæ operibus suis præstantiores sunt quæ non eadem specie cõpræhenduntur sicut ignis generans cũ igne genito: sed ad genus quiddam superius attinent: quẽadmodũ Sol atq̨ Mars ad ignẽ se habere uidẽtur. Iam uero eiusmodi causa simpliciter gignit effectum: seu sol cũ Marte simpliciter generat ignem. Hic autem ignis quando alium generat ignem non generat ipsum simpliciter ignem. Alioquin & seipsum / & præcedentem ignem progeneraret. Sed hunc ignem hic/ atq̨ nunc/ & in tali materia gignit: imo producit/ & quasi propagat iam existentem. Quando igitur efficientes causas operibus anteponimus: negamusq̨ opera perfectã ad causas similitudinẽ obtinere/ de causis specie differentibus ab effectu uerba facimus. Quamobrem neq̨ sol necessario similiter calet: propterea q̨ ignem generet ita calidum. Neq̨ rursus calor ipse similiter calet: quamuis causa sit

formalis: qua calcat ignis. Neq; iterum calefit ignis. Licet causa sit efficiēs: qua calefacit lignum. Neq; uiuificatur uita/ quando corpus ipsa uiuificat. Neq; etiam uiuit ea uidelicet participatione uitæ qua per ipsam uiuit corpus. Verum si uita dicatur uiuere hoc ipsum in ea uiuere est ipsā uitā actu suo prorsus existere: uel naturalē sibi actū in seipsa secum pœnitus edere.

¶ Dionysius.

n Eq; enim est effectibus ad causas similitudo perfecta. Sed habent quidem effectus/ quas præferre possunt/ imagines causarū. Ipse uero causæ segregate ab effectibus in se superius extant/ ipsa uidelicet sua ratione principii. Atq; ut exemplis nostris utamur uoluptates/ & dolores efficere quidem dicuntur ut oblectemur/ atq; doleamus. Ipsa uero neq; letant/ neq; merent. Atq; & in his cū calefaciat/ utraq; / neq; uri tamen neq; calefieri dici solet. Tū uero siqs dixerit ipsam uitā uiuere: uel lumē ipsum illuminari/ meo quidē iudicio nō recte loquetur: nisi forte alia quadā cōditione hæc acceperit. Quoniā uidelicet quæ pertinēt ad effectus ratione quadā essentiali/ atq; exuberāte in causis præexistunt.

¶ De cōceptiōe Christi/ & assūptiōe hūanitas: atq; miraculis. ¶ Marsili⁹.

t Ria circa Christum omnē intelligentiā superāt/ uel angelicā. Conceptio. Assumptio. Prodigū. ¶ In cōceptione quidē ipossibile intellectu est: quomodo spiritus sanctus uirgineum fouēs uterū: uel quasi tactu quodā/ seu gallina uel quasi aspectu/ seu struthus ouiū sanguinē nō qualemcūq;: sed ex toto purissimū undiq; traxerit in natricē. Qui fomēto spiritus statim coaluerit in ifantē/ nō paulatī/ sed momēto pfectū. i. pœnitus figuratū. Quo quidē momēto intellectualis anima se ifuderit: eocēq; diuini uerbi persona/ naturam sibi hāc assumpserit in unitate psonæ. ¶ In assumptione rursus intellectus nullus itelligit/ qualis unio diuini uerbi cū humana natura facta fuerit. Nō eni cōfectum est unum aliquid tertium ex hoc/ & illa. Sicut ex forma simul atq; materia: quēadmodū animā cū corpore cohire in unam speciem peripathetici putāt. An forte sicut ex anima rationali atq; nostro corpore per animā irrationalē iam uiuente quodāmodo fieri unum dicitur a Platonicis. Aia tamē rationali iterim separabili/ nec nō quodāmodo separata. Et quasi quomodo Auerois cogitatiuū in nobis animal intellectui subigit separato. Nō pœnitus ita/ sed aliter. ¶ Nūquid sicut intellectus linguæ/ manibusq; se cōiungit: ita deus homini. Nec ita prsus: sed modo quodā apud deū cognito. Vbi & copula quidē arctissima sit/ & interim diuinitas per humanitatē subiunctā nihilo permutata. ¶ Quo etiā pacto miracula Christus effecerit pfectæ nullus itelligit/ solū autē hoc

intelligimus ex admirandis operibus adesse deum. Hinc Amelius Platoni cus: diuinum inquit uerbum: humanã induisse naturã. Atq; in hac ipsa naturæ diuinæ celsitudinẽ ostendisse. Iam uero quando Christus aque superficiẽ siccis pedibus pertransiuit: nunquid aque potentiã indidit resistẽdi ne pedes ĩmergerentur? An forte pedibus substulit interea pondus? An potius animalẽ uirtutẽ rectricẽ mẽbrorũ multiplicauit in pedibus? An deniq; respiratione uæhementi aerem q̃plurimũ auxisse dicet? Cuius leuitate corpus & substineretur atq; peruolaret. His ne similibusq; rationibus christianorum miraculorũ modos & quasi rõnes quasdã ĩuestigabimus. Nequaq̃. Sicut. n. supra uires naturæ: ita sup rõnes ĩtelligẽtiæ facta cẽset. ℂ Dionysi⁹.

P Reterea quod inter omnia theologiæ mysteria apparet euidentissimum: q; uidelicet Iesus formatus est in natura nostra diuinitus in effabile prorsus est omni sermoni: omniq; ignotũ ĩtelligẽtiæ. Ipsi quoq; antiq̃ssimorũ angelorum primo. Iã uero q; essentiã uirilẽ assumpserit accepimus in mysteriis. Ignoramus aũt quo pacto ex uirgineis sanguinib⁹ lege quadã non naturali formatus fuerit. Et quomodo siccis pedib⁹ corporale põdus materiæq; grauitatẽ habẽtibus liq̃dã ĩstabileq; substãtiã pãbulauerit. Aliaq; pfecerit quotcũq; supnaturalẽ Iesũ naturã rõnemq; declarãt.

ℂ Quot modis diuina cognosci possint. ℂ Marsilius.

T Ribus modis diuina pcipim⁹. Aut. n. actiõe. aut passione. aut motu quodã quasi mixto. ℂ Actione quidẽ pcipiue quãdo nõ ab aliis eruditis: sed rõnis ppriæ discursionibus sub naturali lumine hæc inuenta cõseqmur. ℂ Passione uero cũ diuinitus afflati pcipimus. ℂ Mixto deniq; motu. i. partim patiẽdo: partim agẽdo ubi docẽte alio aut uerbis aut litteris erudimur. Tũc eni quaten⁹ aliũde mouemur quodãmodo patiamur. Quatenus aũt propriũ ipsi iudiciũ examẽq; adhibemus uidemur & agere. ℂ Cæterũ & aliena disciplina & inuẽtio ppria diuinorũ ad hoc uelut ad signũ dũtaxat dirigẽda est ut deo assidue nos pulsanti pœnit⁹ exponamur. Id autẽ sõlo in eum amore perficimus. Hoc enim dũtaxat & ad deum dirigimus omnia & deo subiicimur clam pulsanti. Atq; illo inspirante & quasi mouẽte agẽteq; subito cõmouemur: atq; ita cõpatimur spirituq; replemur. ℂ Affectio uero eiusmodi passio nũcupatur. Tum quoniã amatoria est. Amor autẽ transferens in amatũ amantẽ inde pati cõpellit. Tum q̃a uacantibus tunc propriis rationis intelligentiæq; actionibus diuina luce formamur: patimurq; formati. ℂ Ad hanc utiq; lucem amore solu3 feruentissimo præparamur. Sicut enim opacas sæpe materias ĩuias luci calor ingens purgat extenuat peruias luci præbet sic amatorius in deum feruor

a corporeis perturbationibus nebulis purgans animum quasi serenũ red-
dit luciqꝫ diuine paratũ. Cũ qua & unionē arctiorē intelligētia: & fidē hu-
manā sciētia certiorē deniqꝫ cõsequamur. Ad hũc utiqꝫ statũ ut & Plato ait/
neqꝫ doctrina peruenimus nec propria quauis inuentione. Neqꝫ uicissim
hunc exprimere possumus: cæteros ue docere. ℭ Amare uero bonũ ipsũ.
non tam persuadendi sumus q̄ docendi. Hoc enim instigante natura/ assi-
due in singulis bonis amandis consequenter amamus. Sed distractum in
uaria bona colligere debemus amorem. atqꝫ in ipsum dumtaxat intendere:
quo bona sunt omnia/ & nobis amanda. ℭ Dionysius.

Aec autē & nos alibi satis tractauimus. Et inclitus præceptor no-
h ster in theologicis elemētis supra naturæ modum mirabiliter cele
brauit. Quæ ipse uel a theologis sanctis accepit. Vel artificiosa litte
rarũ sacrarũ indagatione pspexit/ frequēti circa illas exercitatione studioqꝫ
diuturno. Aut etiā diuiniore quadā inspiratione pcepit: nõ solũ dicens diui
na. Sed patiens. Atqꝫ ex quadā ad illa cõpassione/ si modo ita loqui licet/ ad
indocibilē secretāqꝫ eoꝝ unionē/ ac fidē deniqꝫ cõsumatus: sed ut plurimas
beatasqꝫ contēplationes excellentis ipsius intelligētiæ/ paucissimis afferа-
mus/ hæc de Iesu in theologicis elementis summatim collectis inquit.

ℭ Expositio Hyerothei de diuinitate Christi. ℭ Marsilius.

I Arriani similesqꝫ heretici legissent hæc/ & similia Hyerothei/ Dio
f nysiiqꝫ uerba/ & equo animo ppendissent/ ausi certe nunq̄ fuissent
(ut opinor) diuinitatē in Christo creatā ponere: uel secũdā. Quā-
quā/ & in Paulo apostolo/ & Iohāne euāgelista/ idē/ nec negligēter/ nec am-
bitiose legentibus patere potuerat. ℭ Ad primum sane deum tanquā ma-
ximæ causam atqꝫ communissimā/ pertinet non hæc aut illa dumtaxat: sed
oīa facere. Omnibus oīa dare. In omnibus omnia operari. Cũ igitur diui-
nitas ipsa cũ Christo cõmunicās in unione personæ/ prorsus ita se habeat/
certe prima est Christo cõmunicata diuinitas. Ita uero se habere extra con-
trouersiā Hyerothei & Dionysii dicta declarāt. ℭ Si omnia præter deũ ex
partibus quibusdā uiribusqꝫ suis cõposita sunt/ certe deus omnia faciendo
ubiqꝫ cõficit & cõponit. Cõponit aũt in singulis cõficiendis multas unius-
cuiusqꝫ partes in unā formā in ipso toto perfectā. Per quā auctorē suũ q est
ipsa unitas pro uiribus imitent. Nõ possunt aũt multa conflari prorsus in
unũ: nisi proportionibus cõnectantur harmonicis. Quod quidē Pythago-
ras & Plato senserunt. Ac Hyerotheus hic Dionysiusqꝫ cõsentiunt. Et nos
in ultimo legũ/ atqꝫ Timeo pportiones harmonicas exposuimus/ ad eius-
modi copulam conferētes. ℭ Nominatur autē hic præter partes singulas

tum totum/tum etiam totalitas(ut ita dixerim)uel uniuersitas. Totũ qui
dem ubi distincte loqmur/est partes ipse simul cuncte:nec prӕterea quicq̃.
Totalitas aũt est res quӕdã formaq; noua ex cũctis rite cõspirãtib⁹ postre=
mo resultãs. Rite uero cõspirãt/si & pars alia cũ alia cõsonet. Et cuncte sint
pœnitus cũ forma cõficiẽda cõcordes. Aliogn nec simul permanẽt. Neq;
cõficiẽt noua forma:uel cõseruaẽt. ℂ Deus interim neq; partes/nec ulla par
tium est/nec totũ/nec uniuersitas. Alioquin aliũde pẽderet. Verumtamen
alia quadã ratione est hӕc oĩa. Quoniã qcqd boni his inest/habet & illӕ. Ha
bet quidẽ non eodẽ modo quo illa/ideo nec ꝓpriӕ uideẽ habere. Possidet
autẽ eminẽtius atq; prius. Eminẽtius inquã idest gradu quodãmodo altio=
re. Prius quoq; idest ante q̃ illa tẽpore pariter/atq; natura. ℂ Cognomẽta
dei/quӕ hic affirmãdo negandoq; afferũtur/in septẽ capita colligi possunt.
Totũ:siue(ut ita dixerim)totaliter. Perfectionẽ. Speciẽ. Essentiã. Mensurã
Plenitudinẽ. Exuberãtiã. In ipsa qdẽ/(ut ita loquar)totalitate/ ꝑfectio par
tium tota cõsistit. Perfectio uero forma quedam est. Forma rursus:uel per
formã existit essentia. Essentia prima est mẽsura sequẽtiũ. Mensura nõ sepi
us repetita:sed semel plena uel plenitudo. Plenitudo non adequata rebus:
sed prorsus exuberãs. ℂ Deus ad iperfecta uel iformia cõparatus ꝑfectio
diciẽ atq; forma:quoniã forme oĩs/& ꝑfectionis est auctor. Cõparatus ue=
ro ad ꝑfecta formosaq; nec perfectio quedã est/nec forma. Quoniã nõ ea=
dẽ proprietate qua illa:sed longe diuersa. ac infinito spatio celsiore:adeo ut
super formã perfectionẽq; dici debeat potiusq̃ forma:uel perfectio: uel ali
cubi reparata:uel a nobis excogitata. Proinde quẽadmodũ tẽpus est mensu
ra fluentiũ:sic euum mẽsura est existentium. Mensura in quã existentibus
adequata/quemadmodum tempus fluentibus est equale. Deus igitur. si ad
fluentia referatur est euum. Sin referatur ad existentia/est super euum. Ip=
sum nãq; bonũ unũq; toto ente superius/entibus nõ equatur. ℂ Varii re=
rum ordines ad principia uaria uelut propria proximӕ reducunẽ. Eiusmo
di uero principia multa quidem & definita ad principium unũ rediguntur
in immensum. Quod quidem est principium super unum quodq; princi=
pium. Disponit principiorum numerum. Subigit suum cuiq; ordinẽ. Me
titur rerum ordines sub principiis. Metiẽ principia sub seipso:catenus unũ
quodq; sub ipso principium est/quatenus/accipit id minus ab illo. Et quo
illi propinquius est atq; similius/eo magis & principium iudicatur. ℂ Na
turale dicimus quod motum aliquem uel mutationem quãlibet habet uel
habere potest. Intellectum igitur mobili ratione superiorem solemus su=
pernaturale aliquid appellare. Essentiale tamẽ. Vnitatem uero ipsam/quã

Plato in Phedro mentis caput appellat: super essentiale aliquid nominamus. Vtroq; deus ipse superior extat: Vnde supnaturale / & super essentiale uocatur. Sed munus hoc / & illud ratione quadam supernaturali / atq; super essentiali possidere censetur. Essentia uero quelibet creata / uel rationalis uel angelica / unitatem quidem illam habet / quæ super essentiale quiddam est. Sed id possidens in essentia / merito id essentiali tenet proprietate. Habet / & intellectum supernaturale munus: sed naturali quadam conditione. Quoniam id habet in essentia: uel potentia quo quomodo mutabili. Solus itaq; deus munus tantum supernaturali / & super essentiali possidet ratione. Cætera uero nequaquam. Quemadmodum serenus aer / & habet lucem / & hanc quidem habet lucide. Aer uero nubilus non lucide lucem habet. ℭ Deniq; si anima rationalis coniuncta corpori corpore aucto diminuto / usto / secto / non augetur ipsa similiter non minuitur. non uritur / non secatur: multominus diuinitas in Christo ut cũq; libuit humanitati cõiuncta / similiter humanitate patiẽte compatitur. Præterea sicut anima corpori copulata munera quedam tribuit corpori non corporea / ita multoq; magis deus homini se coniungens dona largitur homini non humana.

ℭ Mirabilia Hyerothei dicta de diuinitate & operibus eius & excellentia Christi. ℭ Dionysius. Verbis Hyerothei loquitur.

Iesu diuinitas quæ omnium causa est: & implet omnia / ac partes cõsonas uniuersitati conseruat / neq; pars totũ est: rursusq; / & pars est / & totum. Vtpote quæ partem omnem / & omne totum in seipsa comprehenderit / & eminenter habeat / atq; præhabeat: perfecta quidem est in rebus imperfectis: utpote perfectionis princeps. In rebus uero perfectis / imperfecta. Quippe cum perfectionẽ excellentia origineq; præcedat. ℭ Præterea in rebus carentibus specie / species est specifica / tanquã principium speciei. In speciebus autẽ specie carens ut speciem superans. Essentia quinetiam totis procul a cõtagione essentiis insidens. Atq; super essentiaꝫ extãs / ab omni essentia pœnitus absoluta. Vniuersa principia ordinesq; determinans. & super omne principium ordinemq; locata. Mensura entium est / & euum. Atq; super euum / & ante euum. Plena quidẽ in rebus egenis. In plenis autẽ exuberans. Ineffabilis. Non pronũtiabilis. Super intellectũ. Super uitam. Super essentiam. Supernaturale munus. Super naturaliter habet. Sup essentiale super essentiali etiã ratione. Quãobrẽ quãdo usq; ad naturã ob summã benignitatẽ uenit uereq; substãtiã nostræ carnis accepit: sũmusq; illæ deus uir est appellatus / ꝓpitia uero sint / quæ in præsentia in-

tellectum sermonéq; superentia laudant a nobis/ tunc quoq; in his sup naturale & super essentiale munus emicuit. Non solū quia inmutabiliter/ & incōfuse nobis cōmunicabit. Nihil in exuberante sua plenitudine ab ineffabili exinanitione perpessus. Sed etiā quia qđ nouitatū omniū est maxime nouum/ in naturalibus nostris supnaturalis erat. In his quæ nostræ sunt essentiæ/ super essentiā. Oīa nostra ex nobis/ & super nos possidens excellenter. Sed de his satis. Ad ipsum sermonis nostri signū iam pergamus: cōmunia coniunctaq; diuinæ discretionis nomina pro uiribus tractaturi.

¶ Qua ratione deus producēdo multa permaneat unus atq; extet ente superior entia pcreādo. Sitq; unū ipsum uno quolibet excellēti⁹. ¶ Marsili⁹.

Equētis disputationis institutū est/ diuina nomina recēsere. Quæ quidē significāt beneficas quasdā ex ipso deo pcessiones. In quib⁹ sane pcessionibus uidet unitas ipsa diuina multiplicari: quēadmodum lux intima solis in radios q̄ plurimos inde micātes. Aut uultus unus in quā plurimas illinc imagines quomodo libet resultātes. Atq; ita ferme deus sicut lux & uultus/ in uaria bonorū diffusione permanet unus. Distribuit aūt munera/ deus unite pariter atq; unice. Vnite quidē. Quia uniuersa omniū distributio eodē actu pœnitus singulari ad filiū pertinet ut ad patrem. Pertinet & ad spiritū ut ad illos. Vnice uero quoniā & nulla deo uarietas inde cōtingit: & procedētia licet uaria/ unū tamen sunt: quatenus ab eodē ad idēq; pendētia/ cōueniūt & in uno. Dicitur aūt deus ens (ut ita dixerim) superenter: quia uidelicet entia procreat. Dicitur & entia superēter excedere: quoniā natura in summo gradu entiū collocat: reliqua in secūdo uel tertio. Alioquin partim cū cæteris conueniret quidē: partim uero differet foretq; ita cōpositus. Præsertim si una sit entis ipsius uniuoca ratio entibus qbuscunq; cōmunis. Quod illustres metaphysici nōnulli una cū Platonico Plethone senserūt. Deus itaq;/ & extra/ & supra totā entiū latitudinē excellēter existit. Præsertim qa rō formalis entis & si indeterminata est: secundū oēs entiū species. Determinabiles tamē est ad oēs. Deus aūt nō solū ideterminatus: sed etiā ideterminabilis esse debet. Cū igit deus ens uniuersū entiaq; singula ab ipso pcedētia/ mirq; imodū superet/ inestimabiliter segregatus/ cōsequēs est/ ut nec in pcessione rerū a suo statu digrediat: nec ī deriuatione inde fluētiū deinceps ipse minus sit plenus: nec in multitudine illinc per pcessionē deriuationēq; imaginū ppagata minus ipse sit unus. ¶ Deniq; cū deus sit ipsa simpliciter unitas a certo quolibet uno pœnitus absoluta: merito nec est una quæ uis entiū species: neq; unum ens. Neq; uita una:

nec intellectus unus. Nec una quædam pars alterius totius: neq; unum aliquod totum. Sed horum omnium principium atq; finis. ℭ Dionysius.

a T aũt pſpicuæ de omnibus quæ ſequũtur ante definiamus/diſcretionem diuinã (ut dictũ eſt) appellamus beneficas deitatis ꝓceſſiones. Cũ eni oĩbus quæ ſunt/dum eminet bonorũ cunctoꝝ cõſortia largiat̃ unitæ qdem diſcernit̃: amplificat̃ autẽ unice. Ac dũ multiplicat̃/ nõ diſcedit ab uno. Puta quoniã deus ens eſt (ut ita dixerim) ſuperenter/largitur aũt eſſe his quæ ſunt oĩbus/& omnes ꝓducit eſſentias/unũ illud ens multiplicari dicit̃/dũ entia ex ſe multa ꝓducit. Manet illæ nihilominus in multiplicatione unus: & in proceſſione unitus. Et in deſcriptione plenus ꝓpterea ꝙ ab oĩbus entibus ſuperenter ſit abſolutus/& unico actu producat omnia. Atq; indiminuta ꝓfuſione deficẽtia ipſius munere largiat̃. At qui cũ ſit unuꝫ/ omniq; parti & toti & uni/& multitudini participationem unius ĩpartiat/unũ permanet eodeꝫ pacto ſup eſſentiali uidelicet rõne. Nec pars eſt multitudinis alicuius: nec aliquod ex partibꝰ totũ. Sicq; nec unũ eſt/ nec unus particeps: neq; habet unũ. Lõgeq; ab his exiſtit ſuper unũ illud/ quod entibus ineſt. Multitudo quinetiã ĩpartibilis inexplebilis ſuper plena/ omne unum multitudinemq; producens & perficiens/atq; continens.

ℭ Quõ dei unius participatione/dii multi dicatur. ℭ Marſilius.

ſ Ol ut putat Plato noſter uiſibilis imago dei/ ꝓprietatem ſuã multis tũ cæleſtibus tum terrenis impartit. Vnde ſolaria fiunt atq; nominantur. Quod qdem in libro de uita tertio declaramus. Similiter deus angelis animiſq; diuinã ĩpartit ꝓprietatem. Ob quã multi ſub uno apud Platonem dii cognominant̃. Maxime uero ad deũ pertinet/ut omnibus ꝓuideat/ab oĩbus ſegregatus ob ſegregatã qdem ſingularitatẽ/ unũ ipſum cognominat̃. Ob uniuerſalem uero ꝓuidentiã appellat̃ & bonũ. Angeli igit̃ ferme omnes animiq; pleriq; munus id ab ipſo deo nacti/quo ferme ſimiliter ab inferioribus ſegregati/ĩferioribus interea late ꝓuideãt/ dii merito nominãtur. Dii uidelicet participatione primi dei. Qui ſolus ſit deus p eſſentiã atq; ſũmis. Cũ eni alii ſpiritus aliis diuiniores ſint/nõnulliq; diuiniſſimi/ merito ad unicam atq; ſummã deniq; deitatẽ referendi cenſent̃.
ℭ Quæ qdem per imagines ſuas in multis quaſi participata/duꝫ ita diſcerni uidetur/nihilominus permanet una ſemper ac pœnitus ĩdiuidua. Sicut neq; facies euadit multiplex/ex imaginum inde reſultantium multitudine.
ℭ Platonici in rebus qdem diuinis multitudinem ab unitate/ motũq; a ſtatu ſuperari putant: Ideoq; ĩdiſſolubiles permanere/cætera uero/in quibus unitas ſtatuſq; a multitudine motu ue ſuperant̃/poſſe quãdoq; diſſolui. Ex

cedit quoq; apud deum unitas multitudinem. Quoniã uidelicet unica natura dei inextimabiliter superat imaginum inde fluctium multitudinem. Nec inde fit multiplex. ⁋ Deniq; omnia cognomenta deo propter excellentiam attributa/quemadmodum alibi diximus / unicuiq; trinitatis diuinæ personæ pari dignitate conueniunt. ⁋ Dionysius.

p Ræterea ex deifico dei actu/quo unusquisq; p facultate sua deiformis euadit/dei plures efficiunt. Qua quidẽ in re uideat & dicit deus ipse unus discerni quodãmodo atq; multiplicari. Est aũt nihilo minus deus ipse diuinitatis princeps & diuinitate qualibet essentiaq; sublimior/deus unus indistributis inde diis/nõ distributus. Sed unitus ipse sibi. Nec pmistus multis:nec ĩmultiplicatis multiplicatus. ⁋ Id sane mirabiliter cõtẽplatus cõmunis ille noster pceptorisq; nostri dux/ qui ad diuinã illuminationẽ nos prouexit:diuinis abũdãs & mũdi lumẽ/hæc in sanctis litteris sui diuinitus afflatus ait. Si quidẽ sunt qui dicuntur dii uel in celo uel in terra/quẽadmodũ profecto sunt dii multi & domini multi. Vnus tamẽ nobis est deus pater/ex quo oĩa. Et nos ad ipsum. Et unus dominus Iesus christus. Per quẽ oĩa. Et nos per ipsum. In rebus nẽpe diuinis uniones excedũt discretiões atq; ducũt. Nihiloq; minus diuina secũ sunt unita post discretionem participẽ unitatis/& ab ipso uno minime discedentẽ. ⁋ Has itaq; nos cõmunes unitasq; totius deitatis distinctiones/siue beneficas ex deo processiones/ex diuinis cognomẽtis declarãtibus eas in sanctis litteris/pro uirib⁹ celebrare conabimur. Quãdo uidelicet hoc/ ut alibi prædictũ est prius definierimus. Oẽm beneficã appellationẽ dei/ de quacũq; diuinarũ personarũ dicatur/absq; ulla distinctionis obseruatione in tota simul accipi deitate.

⁋ De appellatione boni/efficatia orationis. Quõ deus ubiq;. ⁋ Marsili⁹.

i N sequẽtibus libri capitibus ordine quodã quasi Platonico/primo quidẽ tractabit de bono. Secũdo:de ente/atq; ideis. Tertio:de uita. Quarto:de intelligẽtia: Deinceps uero de quibusdã ad hãc ordine cõsequentibus. ⁋ Inter oĩa dei nomina præcipuũ est ipsum bonũ. Omnia enĩ nomina quæ processione/& munera dei significãt / in hoc uno nomine tripliciter cõpræhendunt. Primo: quia hæc oĩa dona tanq̃ uaria bona: uno cõmuniq; cõtinent bono. Secũdo: qm̃ deus exuberãti naturæ uoluntatisq; bonitate cuncta largit/uelut efficiẽs. Tertio:quoniã ad suã bonitatẽ cõmunicandã/& representandã/tanq̃ finis/oĩa refert. ⁋ Due uident potissime ad bonũ ui e. Inqsitio disputãs. Oratio supplicãs. Illa quidẽ ad cognoscendum bonum contendit: hæc autẽ ducit ad consequendũ: & cõsecutione perfectissime cognoscendũ. ⁋ Tria uero sunt ad orationis efficatiam summo

pere necessaria. Primum quidē perturbationes sensuum cohibere / quæ ad corporea lōgissime a diuinitate distantia nos detorquēt. Secundū: expellere tanquā nebulas / fallacias & machinamenta imaginationis ab intellectu. Tertiū: uniuersum uoluntatis affectū / in diuersa nunc bona distractū in primū bonū tota prorsus amoris intētione conuertere. Ita enī feruor obsecrātis aīum cōiungit deo sicut sulphureus calor copulat lignū flāmæ. Huc tendit Zoroasticū illud: si mentē igneā ad opus pietatis intēderis caducū quoq; corpus idē seruabis. ℂ Quatuor ꝓinde rerū gradus cōsidera. Res sane diuidua certis loci limitib⁹ circūscribiť. Res īdiuidua qdē sed uirtute finita / & si cōtineť loco: finitū tamē spectat locū. Hæc itaq; si uirtutē habet rebus quibusdam equalē / eas ipsas facile præsentia lustrat. Si rebus cunctis equalē facile totum habitat. Quod autem imensam possidet potestatē / nō tā dicēdū est rebus cunctis inesse / q̄ adesse pariter / & præesse. ℂ Dionysius.

P Rincipio si placet perfectissimā omnesq; diuinas ꝓcessiones exprimentē appellationē boni cōsideremus: inuocātes uidelicet trinitatem bonorꝝ principiū / atq; super bonā: optimas quasq; suas ꝓuidētias explicantē. ℂ Oportet.n. nos uotis in primis ad ipsam tanq̄ bonorū originē ꝓuehi: atq; ita ad illā proprius accedētes in hoc ipso gradu optima queq; dona poenes ipsam sita ꝑdiscere. Illa enī oībus adest. Nō tn̄ oīa illi adsunt. Quādo uero illā castissimis ꝑcibus & ītellectu trāqllo / affectuq; ad diuinā unionē apto ꝑcamur: tūc nos etiā illi adsumus: Iā uero illa / nec ē in loco: ut ꝓpterea absit ab ullo: aut ab aliis se ad alia transferat. Imo etiā dicere hāc in reb⁹ oībus esse / lōge deficit ab ipsa īfinitate / quæ & excedit / & cōplectitur oīa. Quāobrē nos ipsos ad diuinorꝝ salutariūq; radiorꝝ / sublimiorē ītuitū oībus eleuamus. ℂ Cathena aurea / uel luminosa a deo depēdēs / est dispositio rerū sibi inuicē cōnexarū diuine ꝓuidētiæ subdita. ℂ Marsilius.

F Inge Cathenam uariis cōtextam luminibus quasi anulis per totū cælum diffusam / & ad terram usq; porrectam. Qualem Plato in decimo de re. pu. fingit. Qualem rursus apud Homerum Iuppiter deos cōuocans per cælum proiicit: promittitq; sursum se tractaturum quicquid cathenā appræhēderit. Se uero trahi nō posse deorsum. ℂ Cathena uero hæc est ordo seriesq; rerū diuinæ prouidentiæ parēs. Series inquā luminū partim quidē inuisibiliū partim etiā uisibilium. Occulta quidē lumina sunt ītellectus angelici animalesq;. Manifesta uero sunt cælestia lumina. Est autē cōmunio quædam & cōnexio mutua. Tū in ipsis ītellectibus / tum etiā in cælestibus: tum deniq; cælestibus ad ītellectus / atq; uicissim. Vniuersus sane contextus eiusmodi cathena dici potest. Sed ibi quidem intellectua

lis & aurea/atq; prouidētiæ. Hic autē naturalis & argentea/atq; fatalis. Series uero fatalis ordini ꝓuidētiæ subest per quē aīæ pie solui a fato quādoq; possunt. Vt Platonicis placet & magis/atq; astronomis hebreorū. Ex uerbis deniq; Dionysii colligitur diuinā prouidentiā usq; ad minima se prorsum intēdere. Atq; dū ipsa imutabilis est/ordine mutabilia ducere. Locūq; relinquere arbitrio animaꝝ: atq; uoris. Quod sane Plotinus sepe cōfirmat.
¶ Cathenā quidē fatalē per infimos eius anulos magi prensant: ut gradatim trahātur ad cælestia bona. Cathenæ autē itellectualis gradus ꝓpinquiores attrectāt metaphysici contēplatores: ut paulatim ꝑueniāt ad intelligibile lumē. Sed quæ nā cathena est q̄ adorator debet appræhēdere/a deo summo/facile qd optat ipetraturus? ¶ Cathena ꝑfecto hæc est diuina lex & naturaliter insita mētibus & modis ubiq; uariis ꝓmulgata: dictās primo quidē unū summūq; deū esse. Deinde hūc esse bonoꝝ oīum auctorē. Tertio ab oībus in primis amādū. ¶ Iāblichus Platonicus uotū longo interuallo sacrificiis anteponit Probatq; hæc ab illo totā uim accipere. Nihilq; adoratione uæhemētius aīam cū diuinitate cōiungere. Nec mutari orationibus deū sed aīum itrinsecus ꝑmutari/atq; ad dona diuinitus capiēda parari. ¶ Plato in ep̄lis inq̄t/oībus in reb⁹ pricipiū a deo faciēdū est/& dicēdi & cogitādi. In Timeo potissimū a deo ichoādū iq̄t/ubi agiẗ de diuinis & opificio dei.
¶ Qui adorat innititur immobili deo. Per quē nixum non deum ad se: sed seipsum mouet ad deum. ¶ Dionysius.

Eluti si cathena quædā multis cōtesta luminibus a sūmo coelo suspēsa usq; ad infima ꝓtendaẗ. nosq; hāc manibus semp alternis in anteriora porrectis appræhēdamus trahere quidē ipsam ad nos uidebimur. Re aūt uera nō deducemus eā ad nos/supra uidelicet infraq; p̄sentē. Sed ipsi potius ad excelsiores radioꝝ uariæ lucētiū splēdoris fœliciter prouehemur. ¶ Aut forte quēadmodū si ingressi nauim funes ex petra quadā usq; ad nos extētos/teneamus quippe quorū nitamur auxilio: nō petrā q̄dem ad nos: sed nos potius nauimq; reuera ꝓmouemus ad petrā. Quēadmodū uicissim siqs stans in naui maritimū percutiat saxū. In illud q̄dem tāquam imobile permanens/nihil efficiet. Sed seipsum potius arcebit a saxo. Et quanto uæhementius contendet impellere/tanto illinc longius repelletur. ¶ Quāobrem ante omnem actum præcipue theologicum ab oratione nobis exordiendum. Non quidem ut potestatē illam ubiq; p̄sentem/& nusquā addictam ad nos quandoq; trahamus. Verum ut diuinis cōmemorationibus inuocationibusq;/nos ipsos illi dedamus: & unione iungamus.
¶ Apologia. Cur scribit/quæ scripserat Hyerothe⁹. Mira Hyerothei laus.

¶ Marsilius.

P Lato in Protagora scribit antiquorum doctrinam nihil aliud fuisse quam breuiloquiū qddā. Idq; esse uiri absolute sapiētis paucis uidelicet multa cōpleti. Hac rōne Hypocrates cōposuit Aphorismos Pithagoras quoq; Symbola/ & prouerbia Salomon. Quo.n.altior itellectus ē in angelis/eo formis paucioribus plura cōpræhēdit & agit. Hyerotheus igit post Paulū Dionysii doctor/& apostolis excellētia pximus/ theologiā summulis mirā pfunditate cōcludit: scripsitq; exp iatissimis mētib⁹: atq; doctissimis. Dionysius autē & Hyerotheus iussu. Et Timothei rogatu uniuersales illas sūmulas Hyerothei in notiones singulas deriuauit. ¶ Dionysius.

P Vrgatione forsan nobis opus est. Cū.n. inclitus pceptor nr̄ Hyerotheus theologica elemēta mirabiliter pfecto collegerit/mirabit forte aliqs: cur nos qsi minus illa sufficiāt/ & alibi & hic theologica cōscripserim⁹. Iā uero si illæ oīa theologica ordine deiceps dispositio digerere uoluisset: pticularibusq; explicationib⁹ unū quodq; toti⁹ theologiæ caput disposuisset/nunq nos in tātū furoris/uel ruditatis icidissem⁹: ut uel pspicati⁹: uel diuini⁹ q illæ theologica penetrare posse mysteria cōsiderem⁹: aut eadē bis dicēdo supflua frustra tractare uellem⁹. Atq; ita pceptorē amicūq; nrum iniuria auderem⁹ afficere & pclarissimā itelligētiā expositionēq; illius a quo/post diuinū Paulū istituti sum⁹ nobis usurpare nō dubitarem⁹.

¶ Cæterū illæ diuina uenerabiliter expones/summas profecto quasdā perspicatia cōpendiosa refertas nobis exposuit/in uno uidelicet plurima cōplectētes. Præcipiēs uidelicet: nobis: cæterisq; radiū animorū magistris explicare/pro uiribus atq; distinguere sermone nobis congruo lucētia intus cōpēdiosaq; mysteria: a uirtute illius apprime itellectuali manātia. Præterea & ipse ad idē sepe nos exhortatus es. Librūq; ipsu ut supra modū excellēs quiddā remisisti. Quāobrē nos quoq; ipsum uelut perfectorū seniliūq; animorū magistrū/his dumtaxat assignamus/ qui intelligentia cæteros antecellunt. Tanquam secunda quædā eloquia sacra apostolicam auctoritatem proximæ cōsequentia. Nos autē his qui nobis prop inquiores sunt/ pro ingenii nostri proportione/diuina tradenius. Si eni cibus solidus/perfectorum est: hoc certe & alios pascere/quantæ perfectionis extimandū esse cēsemus.

¶ Sicut non est idem/lumen hoc in rebus illuminatis aspicere/atq; lucem ipsam in sole suscipere/sic aliud est diuina mysteria introspicere: aliud disciplinam ad illa conferentem prosequi. ¶ Marsilius.

¶ Illud quidem Hyerotheum effecisse Dionysius ait: hoc autem se profiteri non negat. ¶ Dionysius.

Ecte igitur id quoq; nobis est dictũ:contemplationem quidẽ intel-
r ligibilia eloquia prorsus inspiciẽtẽ:compendiosamq; eorũ doctri-
nam/cõsumate uirtutis existere. Scientiã uero sermonũ ad id con-
ducẽtium/atq; eiusmodi disciplinã : inferioris meriti præceptoribus disci-
pulisq; cõgruere. Eni uero diligẽtissimæ id obseruauim⁹:ut quæ diuinus il-
læ pceptor plane nobis expssit:nũq̃ attigerem⁹. Ne forte repeterem⁹ eadẽ/
ad id exponẽdũ qđ in uerborꝝ diuinorꝝ explanatione fuisset ab eo ꝑpositũ.
℄ Salutatio Mariæ uirginis.mira Petri & Hyerothei laus. Modestia Dio
nysii singularis. ℄ Marsilius.
Vantũ multi sensu ualẽt:afficiũturq; ad corporea & quãdo corpo-
q ris oblectamẽta cõmemorãt/eadẽ quodãmodo patiunt̃/tãtũ Hye-
rotheus pollebat ĩtelligẽtia. Et efficiebat̃ ad ĩcorporea laudãsq; diui
na/ patiebat̃ eadẽ. Simile qddã narrat Porphiri⁹ de Plotino. ℄ Dionysius.
Onuenim⁹ quãdoq; apud Põtifices nostros Deo plenos / ut nosti/
c nos simul & ipse:multiq; sancti fratres nostri/uisuri corp⁹ illud/ qđ
uitæ principẽ deũq; suscepit. Vbi aderãt & Iacob⁹ frater dñi: & Pe-
trus excelsum & antiq̃ssimũ theologorꝝ culmẽ. ℄ Illic ergo post contuitũ
placuit. Vt põtifices oẽs pro uiribus q̃sq; suis infinitæ potẽtẽ delibatis diui
næ bonitatẽ laudarent. Hyerotheus aũt alios oẽs ibi doctores sacros/ ut no
sti/post ipsos theologos superauit:totus excedẽs:totus extra se positus: &
eorꝝ quæ laudabat/cõmunionẽ patiẽs . Quãobrẽ ab oĩbus qui audiebãt eũ
atq; uidebãt/siue cognoscerẽt ipsum seu nõ cognoscerẽt/occupatus deo di-
uinusq; laudator ẽ iudicat⁹. ℄ Sed qdnã illa tibi referã q̃ illic sũt theologica
rõne tractata! Iã uero nisi mei oblit⁹ sũ memini me partes quasdã diuinarꝝ
illarꝝ laudationũ abste sepi⁹ accepisse. Adeo studuisti diuina diligentissimæ
ꝓsequi. ℄ Mira in Dionysio & reuerentia erga Hyerotheum præcepto
rem & modestia erga omnes. ℄ Marsilius.
Icut sensui amor est ĩgenitus ad caduca:sic ĩtellectui ad eterna. Igit̃
s eterna ꝑ facultate sua/& querere debet: & quãdoq; ĩuenire põt. Po
test & eternitate frui. ℄ Venerati sunt Pythagorã Pythagorici/ &
Plato Socratẽ. Multomagis Dionysius Hyerotheũ. ℄ Dionysius.
Erũ quæ illic mystice tractata sũt/missa ĩ presentia faciamus. Quip
u pe:cũ nec multis exprimi possint. Et tibi nota sint. Quotiẽs autem
oporteret nostra multis cõmunia facere/& q̃ multos possemus in
sctãm disciplinã nostrã ĩtroducere/erat ꝑfecto mirãdũ: q̃ lõge Hyerothe⁹
sctõrꝝ doctorꝝ plurimos antecelleret/& diuturna docẽdi sedulitate: & puri
tate mẽtis:& exacta diligẽtia demõstrãdi:ac cæteris oĩbus quæcũq; ad sacra

eloquia pertinent. ¶ Itaq; nos nunq̃ aduersus solẽ tam ingentem fingere auderem⁹ obtutus. Sic.n. nobis cõscii sumus nec ignoramus/ nos nec ĩtelligibilia q̃dẽ ipsa diuinorꝝ satis ĩtelligere posse: uel ĩeffabilia diuine cognitionis mysteria uerbis exprimere. Et ꝓfecto lõge diuinorꝝ uirorꝝ sciẽtia ueritatẽ theologicã spectãte/ ĩferiores sumus. Huc ꝓfecto reuerentia sũma nos adduxit. Vt nec audire nec loq de diuina philosophia q̃cq̃ auderemus: nisi id ꝑsus ĩsedisset aĩo: nõ oportere diuinarꝝ rerũ cognitionẽ/ quatenus assequi licet/ nos negligere. Id aũt nobis ꝑsuaserũt/ nõ solũ naturalia mẽtiũ desideria/ amatorio quodam affectu/ cõtẽplationẽ rerũ sublimiũ quãtã capere possunt/ desiderãtia. sed ipsa quoq; optima legũ ĩstitutio diuinarũ / quæ supra nos sunt inquirere uetans. Quippe: cũ & nostra merita superẽt: & cõpræhẽdi nõ possint. Quæ uero ꝑter id ꝙ naturaliter apetunť/ notitiæ quoq; nr̃æ cõcessa sunt/ studiose ꝑdiscere/ cæterisq; benigne tradere/ admonens. His igiť & nos ꝑsuasi/ nec labore/ nec ignauia ꝑterremur: quominus diuina ꝓ facultate nobis cõcessa/ q̃ramus. Imo uero eos etiã q humano ingenio superiora cõtẽplari nõ possunt absq; auxilio deserẽdos minime iudicãtes descẽdimus ad scribẽdũ: noui q̃dẽ nihil audẽtes ĩferre. Sed minutioribus q̃busdã & ꝑ singula dispositis ĩq̃sitionibus discernẽtes & explicãtes ea quæ ab illo uere Hyerotheo. i. sacro quodã deo ꝑspicatia cõpendiosa sunt tradita.

¶ In solo deo idem est esse simpliciter atq; bene esse. Item deus hoc ipso ꝙ natura facit simul ĩtelligentia facit/ & uolũtate. ¶ Marsilius.

IN omni re post primũ aliud q̃dẽ est essentia: aliud uero bonitas. aliud esse simpliciter. aliud aũt bene eẽ. Alioqn in ipso primo puroq; eẽndi momẽto pœnitus cõq̃escerẽt: nec ad aliud aliq̃d nĩterenť intrinsecus uel extrĩsecus acq̃rẽdũ. Sed in quolibet re uera est aliq̃d q̃si adhuc informe ĩperfectũq; ad formã absolutã natura cõtendẽs. Quæ quidẽ sua cuiusq; bonitas appellať. Qua iã cõparata rursus moueť ad fĩnẽ aliquẽ ut ad bonũ. In primo uero rerũ pricipio ipsa simplex existẽtia prima est ipsa bonitas absoluta. ¶ Sicut & sol per essentiã luminosus/ & ignis ꝑ essentiã calidus ꝑter hoc ipsum eiusmodi esse nõ ĩdiget alio quopiã adminiculo ad agẽdũ: sed eiusmodi esse suo illuminat atq; calefacit. sic ipsum bonũ cui⁹ natura est absolutissima bonitas/ ꝑter hãc nõ eget deliberatiõe quadã/ & electione cuius adminiculo benefaciat: sed ipsa sua existẽtia/ quæ est bonitas bñfacit. i. bona oĩa ꝓcreat: & ꝑficit ꝓcreata. Est aũt idẽ pœnes deũ uelle/ atq; ĩtelligere q̃d & esse. Deũ igiť eẽndo facit: ĩtelligẽdo pariter efficit atq; uolendo. Id nr̃ Plato cõfirmat. Qui mũdi huius opificẽ natura sua mũdũ fecisse putãs/ ĩtelligẽtia tamẽ/ & uolũtate usum in opificio fuisse fateť. ¶ In sexto de Re:

pu. solem inquit/esse boni ipsius imaginem filiumque uisibilem. Unde sequitur ipsum bonũ esse imaginis huius exẽplar. Deũ igitur esse solẽ primũ/atque uerũ. Nostrũ uero hunc secũdũ imaginariũque solẽ esse putandũ. De sole quidẽ tã diuino quam corporeo librũ scripsit Platonicus Iulianus præceptorẽ Iamblichũ imitatus/qui sane ubi distincte loquũtur soles saltẽ tres inducũt. Diuinum & angelicũ & cælestẽ. ℂ Sed de sole insequẽtibus. Nũc aũt gradus quatuor agẽdi cõsidera. Humana ratio agit cõsilio: ac sequẽte cõsilium electione. Ars quoque similiter quam diu est ĩperfecta. Cõsumata uero ars/ad faciẽdũ electione nõ indiget. Sed ita facit habitu/sicut natura uirtute. Naturale agẽs/naturali uirtute. i. bonitate facit non essentia pura. Deus denique tanquam ipsum bonum: ipsa sua existentia pura idest bonitate facit. Siquidem participatione boni cætera faciunt quicquid agunt.

ℂ Sicut sol ita bonũ natura sua radios suos per cũcta diffũdit. ℂ Dionysius.

a Ge igitur ad ipsam appellationẽ boni explicãdã iã pergamus. Quomodo theologi deitati plusquam diuinæ ex oĩbus excellẽter attribuũt. Ipsum diuinitatis principem (ut arbitror existentiã) bonitatẽ appellãtes. Quippe: cũ eo ipso quod est bonũ: utpote quod substãtiale bonũ est/bonitatẽ in oĩa quæ sunt diffũdat. Nã queadmodũ sol hic nobis cõspicuus nec cogitatione/nec electione: sed eo ipso quod est/illuminat oĩa quæ pro modo suo participationẽ lucis admittũt/sic & ipsum bonum nõ aliter solẽ superãs quam exẽplar primũ exulem excellẽter antecellit imaginẽ: ipsa sua existẽtia per ea quæ sunt oĩa pro sua cuiusque capacitate bonitatis suæ radios abũde diffundit.

ℂ Ipsum bonum sicut & sol per septem gradus suum diffundit lumẽ. Itẽ/quid stelle a sole quid angeli a deo reportent. ℂ Marsilius.

s Ol per septẽ rerum gradus lumẽ usque quaque diffundit. Per stellas fixas. Per planetas sex eodẽ semper tenore fulgẽtes. per lunã lumine uariã. per ignẽ. per aerẽ. & per aquã/atque per terrã. ℂ Similiter sol ille solissimus deus/ipsũ bonũ: per septẽ gradus beneficos radios ubique distribuit. Per ãgelos. per aĩas rõe pꝺditas. per aĩas sensu uiuẽtes. per aĩas uegetales: per cælestia corpora: per corpora elemẽtaria quæ ex materia cõstãt: perque materiã. ℂ Lumia quidẽ a sole distributa stellis: uisibilia sũt atque uisualia. Visibilia inquam quia clara & igẽtia sũt. Visualia uero/quia uiua sensuque pollẽtia. Præterea quoniam unũ quodque stellariũ luminũ absque ĩpedimẽto manat a/Sole/naturales in se uirtutes oẽs mirabiliter cõplectẽte/merito & uniuscuiusque stelle fixe lumẽ/uirtutes illic & in se oẽs ãplectitur/& ad sequẽtia trahicit. Denique. uirtute solis procul ab ĩpedimento stellis ubique pñte stelle naturã uirtutẽque solarẽ/ut ab initio semel ita semper hñt. ℂ Eadẽ rõne. Beneficũ lumẽ ab ipso bono procedẽs/stati in prio sũ

moq; participationis suæ gradu procreat tanq̃ scintillas/substantias pœni tus a corpore sepatas/essentia/uirtute/actiōe p̄ditas sempiterna/ Quæ quidem illinc cū itelligibiles/tū etiā intellectuales cognominanť. Siue suppremi angeli/ ut Iāblicho & proclo placet nominētur itelligibiles: sequētes aūt intellectuales. Quoniā isti illuminanť ab illis. Siue unusq́sq; angelus more Plotini & intelligibilis/& itellectualis pariter appelleť. ℭ Ipsum p̄fecto intelligibile qua rōne itelligibile/eminētius est/& prius q̃ itellectuale. Hoc.n. participatione quadā illius itelligit. Ideo boni ipsius lumē infusum angelo in summa illic plenitudine sua/intelligibile nuncupať. In gradu uero sui sequēte quasi p̄spicuitate statim comitātę lucē intellectuale potius appellať. Verū sibimet/& itelligibile/& intellectuale censeť. Hæc autē est Plotini magni sententia: eandē esse arbitror Dionysii. ℭ Peripathetici sane hac in re a Platonicis minime discrepātes formā q̄dē materialē/nec intellectualē ullo modo: nec actu intelligibilē esse putāt/sed potētia: quaten⁹ per efficacē agētis intelligētiæ radiū quodāmodo absoluiť a materia. Formam uero imaterialē/statim intellectualē itelligibilēq; euadere. Quod & Dionysius hic attigisse uideť. Angelos enī appellat itelligibiles eo ipso q̄ sunt a materia segregati. Eadē quoq; rōne itellectuales/itelligētes quinetiā nō modo quodā mūdano/quo uidelicet rerum imagines per sensus a corporibus mutuenť: sed modo quodā præstantiore quo.s. entiū.i. rerum uerar; rationes ipsas essentiales ab ipso bono sub eius splēdore reportēt. Et insequētes subinde trāsfūdant. Quāobrē angeli diuini luminis participatione/totū habent. Illinc.n. tanq̃ a causa efficiente substantiā uiuā intelligibilē/intellectualē/ & hāc quidem eternā/nacti sunt. Rursus uelut a causa exēplari rationibus rerū oīum inde formati. Deniq; tanq̃ a causa finali / sortiti sunt ut amore illuc assidue conuertātur. Cōuersi cōfirmenť ibidē: in eodēq; p̄petue cōsistētes/diuiniq; iam facti/ boni ipsius instar bona insequentes abunde traducant.

ℭ Quomodo angeli habent ab ipso bono ut sint/& uiuat/& intelligibiles itellectualesq; sint atq; in eodē firmiter perseuerēt. ℭ Dionysius.

p Er ipsos bonitatis diuinæ radios subsistunt oēs intelligibiles intellectualesq; essentiæ/& uirtutes/& actiones. Per easdē sunt & uitamq; indeficientē/ & indiminutā habēt: ab omni uidelicet corruptione/ &/morte/ac materia generationeq; segregate: & abistabili fluxaq; & alias aliter agitata trāsmutatione semote. ℭ Iā uero tanq̃ incorporee imateriatesq; substātiæ munus id nacte sunt: ut intelligibiles essent. Atq; insup tanq̃ intellectus supra mūdanā cōditionem intelligūt. Rationes quinetiā rerum ipsarū illustratione diuina tanq̃ peculiares reportauerūt; rursumq; ad illa

quæ sibi cognata sunt sua dona trahiciunt. Ab ipsa quoq; bonitate perseue rantiã habẽt & firmitatẽ. Atq; inde cõtinenẽ custodiũturq;. Domiciliumq; illinc habent/pabulumq; bonorum. At qui bonitatem ipsam amantes / ut & sint beneq; sint inde sibi uendicant. Atq; ad illam pro uiribus conformatæ bonitatis speciem præferunt: atq; ut diuina lex dictat/sequentibus donorum ex ipso bono prouenientium consortium exhibent.

¶ Quemadmodum stelle/& inuicem & ad solem sic angeli se habent inuicem/& ad deum. ¶ Marsilius.

Stelle omnes habẽt a sole tum naturã scilicet stellarẽ: tũ etiã ordinẽ scilicet & iuicẽ & ad solẽ. Illinc eni & mutuã inter se cõmunionẽ habẽt in eodẽ scilicet solis lumine: & distinctionẽ illã qua uarie stelle sub uariis solis radiis/uarias sunt nactæ uirtutes. Habẽt ut alia uicissim sit in alia. Sic in Saturno Iuppiter. Et in Ioue Saturnus. Unaquęq; eni stella non nihil aliarũ in se possidet. Illinc insuper habẽt ut stella superior/in inferiorẽ radios abũde proiiciat: & ab inferiore uicissim ĩ superiorẽ radii reflectanẽ. Et quæ inter se cognate sunt & quodãmodo pares/coniectis mutuo radiis/uirtutes inuicẽ mutuenẽ/& mutuẽt. Cõseruat interim unaquęq; proprietatẽ sub sole suã. ¶ Superiores quinetiã quodãmodo purgãt inferiores: & illuminãt/atq; pficiunt. Purgãt quidẽ dum ad effectu luminis arcẽ. Illuminãt quoq; dum ꝑprio insuper lumine cõplent. Perficiũt deniq; quatenus sui quoq; muneris largiunẽ effectũ. Cũcte insuper stelle in eundẽ solẽ quasi spectãdũ/& uenerãdũ radios uelut oculos affectusq; coniiciũt. Lucẽ deniq; solis/quæ in ipso superat aciẽ oculorũ/ipse oculis in se cõtemperant cõspicuamq; facile reddunt. ¶ Si quæ dicta sunt singula ad angelos deumq; referes/cognosces eadem cõparatione angelos ad deum atq; iuicẽ se habere.

¶ Ordines in Angelis sunt ab ipso bono. ¶ Dionysius.

Inde illis adsunt mũdo superiores ordines. Uniones susceptionesq; mutue. Incõfuse quoq; distinctiones. Virtutes etiã inferiora reuocantes ad superiora. Superiorꝝ quinetiã ad inferiora ꝓuidẽtia multiplex. Propriarũ cuiusq; uiriũ cõseruatio. Immutabiles pterea in seipsas reuolutiones. Idẽ idẽtitates/sũmitatesq; circa boni ipsius amorẽ: & quotcũq; alia dicta sũt a nobis. in libro de ꝓprietatibus/& ordinibꝰ angeloꝝ. Deniq; quæcũq; cælestis hierarchiæ ꝓpria sunt. Ipse.s. purgationes angelicæ. Illustrationes quoq; super mũdane. Et pfectionis cõsumationes angelicæ. Id sane totum ex ipsa oĩum causa/& principali bonitate ꝓcedit. Unde & illis boni indoles est indulta: munusq; tributum: quo occultã illã in seipsa bonitatẽ ipse in se patefecerent: angeliq; existerent. Tanq̃ diuinũ silentiũ nuntian-

tes. Et quasi conspicua quædam lumina tanquam e uestibulo bonũ ipsum in aditis latens sequentibus declarantia.

❡ Animæ rõnales a bonitate diuina sex pcipue dotes habẽt. ❡ Marsili⁹.

Nimæ rõnales bonitatis diuinæ munere dona sex pcipue possidẽt. a Quod sit itellectuales. i. lumine diuini solis ita referte: ut absoluta/ simplicia. incorporea. eterna/ querant/ iueniãt cõpræhẽdãt. Angeli quidẽ intellectus/ aiæ uero: itellectuales esse dicunt. Quoniã angelus totũ id qđ est itellectus & purus & totus existit. Aĩa uero & ex quadã sui parte intellectũ/ & partẽ habet itelligẽtiæ. ❡ Itẽ qđ uitã essentialẽ habeãt. Idest ab essentia sua prsus iseparabilẽ. Nõ. n. põt earũ uita resolui in essentiã nõ ultra uiuẽrẽ. Nec ipsum earũ uiuere actus est cõpositi necessario: sed pprius ẽ actus essentiæ. Propterea & imortales sunt. Queadmodũ in theologia nr̃a pbamus. ❡ Præterea qđ ipsa essentia uirtuteq; ad angelos se extendãt. Cũ eni i actione. i. affectu itelligẽtiaq; eternoꝝ: atq; diuinoꝝ ueneratiõe cũ angelis ipsis cõueniãt: nimiꝝ cũ eisdẽ uirtute quoq; & essentia cõgruũt sempiterna. Nec nõ/ ꝙ itellectuales ex deo reuelatiões quales angeli p uiribus nãciscant. ❡ Rursum ꝙ duces angelos habeãt ad diuina. Quatenus & angeli cõiter oẽs aias/ oẽs illustrãt. Et unaquæq; aia ad certũ angelũ pcipue ptinet/ ut rectorẽ. ❡ Deniq; ꝙ eiusdẽ diuini muneris. i. gratiæ beatitudinisq; diuinẽ/ cuius & angeli cõpotes esse possint. Sua tñ pportione seruata. ❡ Iãblichus Platonicus/ probat/ aias nõ solũ per angelos: sed etiã per se nõnunq̃ ad gradũ equalẽ angelis/ deo uidelicet ductas/ ascẽdere posse. ❡ Dionysius.

Ost sacros illos sctõsq; itellectus aiæ oĩaq; aĩarũ bona p ipsã cõsistũt p bonitatẽ plusq̃ bonã. Inde uirtutẽ itellectualẽ habẽt. Inde essentialẽ uitã/ & imortalẽ. Inde ꝙ ipsa essentia potẽtiaq; ad ãgelicas uitas aspirãt. Inde ꝙ p ãgelos tanq̃ bonos duces reuocant ad ipsa3 bonoꝝ oĩum pricipẽ bonitatẽ: splẽdorũq; ide micãtiũ p mõ suo cõpotes euadũt. Atq; do ni ipsi⁹ ad boni spẽm ptinẽtis p uirib⁹ pticeps fiũt. Illic deniq; quotcũq; alia i his q̃ scripsim⁹ de aia/ numerauim⁹. ❡ Ab ipso bono itellect⁹ ãgelici: aiæ rõnales: sẽsuales: & uegetales: & corporea/ pfectionẽ suã/ actũq;. hñt. ❡ Mar.

Icut oia corpora uirtute solis habent: ut nõ solũ inertẽ molem sortita sint: sed præterea formã/ figurã/ colorẽ/ uim/ motũ/ habeãt: sic f res omnes ipsius boni munere pter potẽtiã formabilẽ/ formale aliquid nactæ sunt. Suppreme quidẽ itellectũ: secũde rõnẽ tertiæ imaginatiõnẽ/ quarte/ sensum qntæ uitã sexte essentialẽ uirtutẽ / & qualitatẽ/ atq; habitũ. ❡ Angeli sũt qdẽ boni formes: sed itellect⁹ ueri. Aiæ rõales itellectuales qdẽ sũt: sed aiæ uere. In rõnales aũt nõ sũt aiæ uere: sed aiatões q̃dã. Vegeta

les sunt uestigia uitæ. Forme sequentes: sunt umbre uitæ.

¶ Omnia quomodocunque animata. uel quomodolibet formata donum ab ipso bono reportauerunt. ¶ Dionysius.

p Reterea si de animabus aialibus ue in rõnalib⁹ hic loqui licet. Quæ uel aerem diuidũt: uel per terrã gradiunt: ue serpũt humi: uel i aqs uitã sortita sunt. Aut in aqua uicissim/ atque terra. Vel sub terrã isita pssaque luto uiuũt: & simpliciter quæcũque sensualẽ aiam/ aut uitã habent: hæc inquã oia insup per ipsum bonũ cõsecuta sunt ut aiarent & uiuerent. ¶ Plãte itẽ omnes uitã nutritiuã/ motricemque ab ipso bono sortite sunt. Et quecunque essentia animæ uitæque expers est/ per ipsum bonum est. Atque per idẽ essentialem habitum reportabit.

¶ Influxus boni usque ad materiam extenditur. ipsumque est essentia & uita intelligentiaque superius. ¶ Marsilius.

q Vemadmodũ esse hoc & istud/ & illud p hãc formã/ & istã habetur atque illã: sic ipsum simpliciter esse per ipsam simpliciter formã necessario dat. In ipso igit simpliciter uel qũolibet ente ẽ aliqd loco formæ: & aliqd huic quodãmodo formabile subest principiũ uero rerũ primũ eiusmodi esse nõ põt. Est igit tota entis latitudine/ & rõne superius. Materia uero uicissim uniuersa entis amplitudine/ rõneque inferior iudicatur: qm̃ nihil in ipsa formale cogitari potest. Sed uelut speculũ (ut Plotinus ait) esse hoc imaginale uel illud ab obiectis mutuari uidetur: mox amisurũ sic ab entibus formisque materia. ¶ Vsque ad hãc tãdem ipsius boni pcedit influxus. Hæc eni bonũ appetit. Vtpote quæ boni ipsius est effectus: cũ appetendo formã cõuertat ad illud sitque mundo ualde bono pœnitus necessaria. Cum igit influxus boni longius q̃ entis progrediat/ cõsequẽs est bonũ esse superius/ & potentius ente. Præsertim cũ ens nõ aliunde q̃ a bono potẽtiã habeat/ & uirtutẽ. Atque habeat ab eodẽ: ut sit causa. Nõ. n. cũ primũ aliqd est/ aut quomodolibet est/ hoc ipso generat atque efficit sed quãdo bene se habet: atque ppter ipsum bonũ est in natura & uirtute pfectũ: ipsum itaque bonũ est prima maximæque causa: quãdo p illud ens quodlibet/ & ipsum simpliciter ens habet ut sit causa. ¶ Sed qs negat bonũ esse primã/ & maximæ causam: cũ oia bonũ appetant/ tanq̃ finẽ. Finis aũt causas oẽs ubique moueat/ tanq̃ causa causarum. ¶ Iã uero si bonũ atque ens tanq̃ duo quædã sublimia cogitatiõe secernas bonũ certe restabit ut finis. Ens autẽ nõ super erit tanq̃ finis. Nõ enĩ appetit esse simpliciter sed bene esse. Neque sufficit ulli esse nisi cũ ipso esse sit bonũ. Erit igit nõ ut finalis causa/ quæ qdem summa est: sed ut effectus boni. Quippe: cũ referat ad bonũ. Et si quã habeat rõnem causæ/ erit tanq̃

efficiens/aut forma. Et id quidem uirtute boni. Duæ uero hæ causæ cũ mo
ueantur a fine. Nimirũ/ & ducunt a bono. ¶ Sũmus deus & materia infi-
ma similitudinẽ quandã inter se habere uident: quatenus utrunq; est infor-
me. Sed rursus dissimilia sunt: quoniã deus est superior omni forma/omnẽ
q; facit. Materia uero forma qualibet est inferior/omnesq; patit. ¶ Plato/
nici sicut diximus alibi/entia nominãt res sub deo formales & sempiternas.
Deum uero super entia cogitãt. Res substãtia mobiles/entia nõ uera. Mate
riã deniq; nõ ens. Sed hæc formis a deo uenturis naturali quodã istinctu ui
detur exposita. Deũq; dupliciter emulari/tũ ex hoc/q formas inde subit: tũ
quia naturaliter est informis. Informis quoq; deus/sed & hoc iterũ ratione
diuersa. ¶ Qua deniq; ratione Dionysius deum cogitat essentiæ & uitæ/in
telligentiæq; expertem/ eadem post illum cogitat & Plotinus idest eminẽ-
tius aliquid essentia & uita intelligentiaq; habentem: atq; hæc omnia facien
tem. ¶ Dionysius.

I autẽ ipsum bonũ est super omnia quæ sunt: ut certe est: nimirum
ipsum quod illic est informe/format oia/ & in ipso solo/quod dicit
expers essentiæ & uitæ & intelligẽtiæ/est excessus essentiæ/ & emi-
nentissima uita excellẽtissimaq; sapientia. Et quotcũq; in ipso bono modo
quodã informiũ nominat/ad potestatẽ pertinent sublimiorẽ formis/ for-
mas excellẽter efficiẽtẽ. Deniq; si dictu fas est/ ipsum quoq; nõ ens appetit
ipsum bonũ oĩbus quæ sunt excelsius: cõtenditq; quodãmodo ipsũ quoq;
in bono esse essentia prorsus superiorẽ: p negationẽ quãdã oia inde tollẽtẽ.
¶ Cælestia dotes habent mirificas ab ipso bono. Efficatiam temperantiã/
firmitatem/pulchritudinem/ & similia. ¶ Marsilius.

Oelum quia ualde particeps est/ principii rerũ/quod est ipsum bo
num/ideo euidenter habet multa ad bonum peculiariter pertinẽ-
tia. Quapropter cœlũ est principiũ corporeorũ omniũ atq; finis.
Generat eni hæc tanq̃ principiũ/& cõseruat. Rursus definit unicuiq; tẽpus
atq; locum. Et ad imitationẽ sui pro uiribus oia reuocat. Substãtiãq; ipsum
ex bono possidet imutabilẽ. Dispositaq; sunt in eo prima mediaq; & ultima
pro uoluntate boni. ¶ Præterea sicut bonũ attingit a fine usq; ad finẽ for-
titer/ & disponit oia suauiter. Ita cœlũ q̃uis magnitudis potestatisq; exces-
su motuq; rapidissimo pulsans & penetrans uniuersa mox uideat uiolẽter
oia cõcussurũ: seipsum tamẽ oium cõmoditati ꝓrsus accomodat ac sine stre
pitu uiolẽtiaq; dispensat. Quod ue mirũ est sphæræ cælestes corporũ oĩum
tenuissime/&(ut ita dixerim)liquidissime motu q̃ celerrimo se inuicẽ absq;
ulla collisione & dissipatione cõtingunt. Rectore uidelicet cæli sic bonitate

sua cælestia inuicem temperante. Hinc Orpheus in hymno naturæ/naturã inquit circuitũ agere ꝓuidenter: & incedere sine strepitu. ℂ Dicuntur uero cælestia liquida. Quia tanquã a terra separatissima/ duritiã terrenam nullã habent. Dici etiã quodãmodo solida possunt. Quoniã uirtute mirabili cõseruant substãtiæ suæ/ figuræ mẽsure ꝑpetuã firmitatẽ. ℂ Cur aũt motus tã uæhemẽtes cõtactu frequẽti cõbustionem ibi nullam inferunt. Cũ motus naturaliter auctor sit caloris. Quoniã uidelicet ipsum bonum extrema sphærarũ globorũq; labia ubi mutuo se cõtingunt/ aquea(ut ita dixerim) uirtute perfudit. Quod quidẽ Ebreorũ astrologi nõ negabunt. Quæ sane uirtutes humifice forte apud Moysem & Dauidẽ sunt aque cælestes. ℂ Deniq; Pythagorica qdẽ rõne concinere cælestia possunt melodiãq; cõficere/ terrenis auribus nõ perceptã; strepere uero nõ possunt. Sic apud Orpheũ Apollo supercælestis in lyra cælesti fides fœliciter tonosq; mundanorũ iucunditati contẽperat. ℂ Proinde stelle firmamenti ex ipsa boni dispositione habent ut ordine certo in imagines pulcherimas disposite sint. Et in sua sede firme: soloq; radiorũ iactu uelut intuitu quodã/ atq; nutu oĩa facillime peragant. Hinc quoq; planete uarietatẽ motuũ sunt adepti. Hinc sol & luna cursib⁹ suis dies & menses metiunt̃ & annos: perq; tẽpora hæc metiunt̃ & secula. Et quæ sub tẽpore fiunt: eadẽ mensura ducunt̃. Inde certis tẽporibus orta/ definitisq; interuallis tẽporũ restituta. ℂ Probabile est sub prouidẽtia boni/ ut ab uno gradatim in multitudinẽ procedat̃/ empyreũ cælum uno tm̃ ab oriente ad occasum motu moueri. Christallinũ eodem quoq; simulq; opposito motu perferri. Firmamẽtũ uero præter geminos eiusmodi motus/ agit tertiũ per accessuꝫ uidelicet & recessum: septẽtrionẽ uersus/ atq; meridiẽ. Planete deinceps præsertim ꝑpter epiciclos pluribus etiã motibus agitantur. Inter quos simplicissimus est solis tanquã domini motus. ℂ Ab ipso bono sũt dotes ordinesq; cælestes/ & moderatio & decus & splẽdor.

ℂ Dionysius.

u Erum quod in medio disputationis cursu nos effugerat/ bonũ ipsum causa est cælestiũ principioꝝ atq; definitionũ: huius uidelicet substantiæ: quæ nec augeri/ nec minui/ nec omnino uariari potest. Causa rursum/ ut celerrimus motus orbis ĩmensi(ut ita dixerim) sine strepitu peragat̃. Hinc præterea siderum ordines decores/ lumina/ firmitates. Hinc planetarũ ꝑmutatio multiplex. Hinc solis & lune. Quæ magna lumina sacre littere nominãt/ circuitus ab eisdẽ ad eadẽ ꝑpetuo restitutus. Quibus sane restitutionibus apud nos dies & noctes/ mensesq;/ & anni definiũtur quæ quidem definitiones reliquos orbiculares motus tam temporis/ q̃

temporalium determinant:numerantq; & ordinant atq; continent.

¶ Lumē est imago boni. Sol est cælestiū dn̄s & imago dei. ¶ Marsilius.

Es nulla magis q̄ lumē refert naturā boni. Primo quidē lumē in genere sensibili purissimū eminētissimūq; apparet. Secūdo: facillime oium/& amplissime momētoq; dilataṫ. Tertio inoxiū obcurrit oibus/atq; penetrat: & lenissimū atq; blādissimū. Quarto: calorem secū fert almū oia fouentē/& generātē/atq; mouentē. Quinto: dum adest iestq; cūctis a nullo ificiṫ/nulli misceṫ. Similiter ipsum bonū totū rerū ordinē superemi net. Amplissime dilataṫ. Mulcet & allicit oia. Nihil cogit. Amorē quasi calorē habet ubiq; comitē: quo singula passim iescanṫ: bonūq; libēter asciscūt. Vbiq; rerū penetralibus præsentissimū cōmertiū cū rebus nullū habet. Deniq; sicut ipsum bonū inextimabile est/atq; ineffabile: Ita ferme lumē. Hoc eni nullus adhuc definit philosophorū. Vt nihil lumine clarius sit alicubi: nihil rursum uideatur obscurius. Sicut & bonū/ & notissimum est omniū/ & pariter ignotissimum. ¶ Quamobrem Iamblichus huc postremo confugit: ut lumen: actum quendā/& imaginē perspicuā diuinæ itelligentiæ nominaret. Quemadmodū emicās e uisu radius est ipsius uisus imago. Nos saltē lumen solemus dicere uestigiū quoddā uitæ mundane quasi proportione quadā/ita seipsam oculis offerentis. Vel quasi spiritū uitalē inter mundi aiam atq; corpus. Sed de hoc in theologia nostra satis diximus. Sol tanquā manifestus cæli dominus/oia prorsus cælestia regit/& moderaṫ. Magnitudinem eius igentē/qua centies: sexagiesq; & sexies terrā excedere iudicatur/ in p̄sentia prætermittā. Nā de sole & lumine librū uitæ graui cōposuimus. ¶ Neq; tn̄ p̄termittere decet cōparationē illā Platonicā/ alibi latius a me descriptā. Quemadmodū sol & oculos generat & colores/oculisq; uim præbet qua uideāt coloribus qua uideanṫ & utrosq; in unū lumine cōciliāte cōiūgit ita deus ad itellectus oēs resq; itelligibiles se habere putaṫ. Atq; ita demū excedit hæc oia. Quēadmodū sol oculos & colores. ¶ Quoniā uero ab imagine ad exēplar parti adimendo qđ deterius ē/parti addēdo qđ melius/ ascēdere licet de me si placet soli cui materiā subtraxit auerois/tu certā similiter q̄titatē. Sed iterea cū luce relinq; uirtutē. Vt sup sit lumē ipsū mirifica uirtute refertū: nec quātitate certa nec figura aliqua definitū. Ideoq; imēsū imaginatione spatiū sua circū p̄sentia tāgēs. Ita tūc excedēs itelligētiā/ sicut i seipso nūc exsuperat aciē oculoꝝ. Hac ferme rōne deū qui in sole posuit tabernaculū suū/ex sole ꝑ uiribus iuenisse uideberis. ¶ Deniq; sicut nihil alienius est a luce diuina q̄ materia ꝑrsus informis: ita nihil a luce solis diuersis est q̄ terra. Ideo corpora in quibus terra cōditio præualet/ tāquā ineptissi

ma luci lumen nullum intus accipiũt. Non quia sit impotens lumen ad pe-
netrandum. Hoc enĩ dũ nõ illuminat intus lanã/aut foliũ/iterim penetrat
momẽto christallũ/alioquin difficilius admodũ penetratũ. Ita diuinũ lumẽ
etiã in tenebris animæ lucet/sed tenebre nõ cõpræhẽdunt. ℭ Queritur in-
ter hæc qd potissimũ primo deus creauerit/ respõdet Moyses lucẽ. Merito
enĩ ab ipsa diuina luce plusq̃ intelligibili statim emanat lux oĩum simillima
deo lux quidẽ intelligibilis in mundo supra nos incorporeo.i. angelicus in
tellectus. Lux autẽ sensibilis in mundo corporeo.i. lux ipsa solaris. Sed hæc
primo qdem sui gradu tanq̃ die primo/ idipsum simpliciter habet/ut luce-
at intus/illuminetq; foris. Secũdo uero ut uirtute calefactoria tũ ipsa polle
at tũ cætera uegetet. Tertio rursum ut efficatia sua iussuq; dei seipsam pro-
paget in molẽ. Quarto deniq; naturæ ordinisq; gradu quasi die quarto: ut
molem suam ita sortiatur in orbem/quemadmodum diuinæ intelligentiæ
lux/unde manauit/reflectitur in seipsam.

ℭ Similitudo luminis atq; solis ad deum. ℭ Dionysius.

q Vid autẽ de ipsa dicã secundũ se luce solari? Lumẽ sanæ ex ipso bono
est atq; bonitatis imago. Quapropter ipsum bonũ luminis cogno
mẽto laudat̃/tanq̃ in imagine quadã exẽplar expressum ipsa quidẽ
trãscẽdẽtis oĩa deitatis bonitas a supremis antiquissimisq; substãtiis ad infi
mas usq; ꝑtingit atq; interim extat super oẽs. Dũ neq; superiores essentiæ
eminẽtiã eius supergrediũtur: neq; inferiores/quin ab ipsa cõtineant̃/effu-
giũt. Sed & illuminat quæcũq; lumen admittere possunt & fabricat/ uiuifi-
catq; atq; cõtinet & ꝑficit oĩa. Rerũ quoq; oĩum mẽsura est & euũ & nume-
rus atq; ordo custodia causaq; & finis. Simili ferme rõne euidẽs diuinæ bo
nitatis imago: magnus hic sol oĩo semperq; lucẽs/pro exigua boni similitu
dine/quæcũq; lumẽ accipere possunt/illuminat: habetq; lumẽ per oĩa emi-
nẽter explicitũ & per oẽm hũc uisibilẽ mundũ supra pariter atq; ĩfra/ radio
rum suoꝝ splendores sex pãdit. ℭ Siquid uero relinquitur lumine destitu-
tum/id sane nec debilitati/nec paruitati luminose distributionis est iputan-
dum. Sed his potius quæ inepta luci percipiendæ ad participationẽ lumi-
nis attolere se nõ ualent. iam uero radius multa sic affecta pertrãsiens/ quæ
post ea sunt illuminat. nihilq; uisibile usq̃ est quod ob excellẽtẽ lucis ꝓprie
magnitudinẽ nõ attingat. Præterea ad ipsam quoq; sensibiliũ corporũ ge-
nerationẽ cõfert: ea quæ ad uitã mouet/nutritq; & auget. Perficit/ purgat/
renouat. Mensura quoq;/& numerus horarũ atq; dierũ totiusq; nostri tpis
est ipsum lumẽ. Ipsum nãq; lumẽ est/& si tũc adhuc erat ĩfiguratũ/qđ diui-
nus Moyses ait/primã illam dierũ nostrorũ trinitatẽ ab initio distinxisse.

¶ Similitudo rursum solis ad deum. ¶ Marsilius.

QVando dicimus a deo cuncta ꝓcedere nõ intelligimus actũ rerũ se ipsas inde mouentiũ. Sed rerũ qdem passionẽ/ actionem uero dei. ¶ Similiter ubi dicimus oĩa cõuertunt in deũ nõ tã res mouere se ipsas erga deũ/ q̃ ab ipso moueri trahi/allici/cogitamus. Cũ uero causa prima nõ aliũde dependẽs oĩa sui gratia faciat: merito sicut principiũ uniuersi est/ita & finis est uniuersi: si principiũ est & finis merito & conseruatio est omniũ/atq; perfectio. Quatenus aliqua in uno quodã cõmuni cõgruũt/ eatenus & uicissim inter se cõueniũt. Dũ igitur cũcta ab eodẽ bono procedũt. & appetẽdo cõuertunt ad idẽ/nimirũ & ab ipso bono uident inuicẽ cõgregari. Iam uero si ꝓprios quæq; fines appetũt/quia tamen finẽ unũquodq; suũ appetit ut bonũ quiddã boni uidelicet summi portionẽ quandã/atq; similitudinẽ/cõsequẽter ad idem ipsum bonũ oĩa cõfluunt: sed diuersa ratione participant/ Sũmus quidẽ gradus participationis eius habet per intellectum. Secundus: per rõnem. Tertius/ per sensum. Quartus per uitã. Quintus/ per essentialẽ ꝑfectionẽ/ atq; formã. ¶ Cõparatione quadã simili sol effector est/ & cõseruator/ & finis optatus oĩum mũdanorũ. Ideoq; omniũ cõgregator. Hũc enĩ Ilion ab ipso cõuersionis & cõgregationis effectu Platonici in Cratylo cognominãt. Sũma participatio solis habet in uisu. Secũda in uirtute uitali: tertia in motu quodã ad solẽ cõuerso: qui in herbis lapillisq; solisequiis euidenter apparet. Quartus: in fomẽto caloris. Quintus in lumine. ¶ Physici ueteres nõnulli/ atq; inde religiose gẽtes putauerunt ipsum Iouẽ summũq; deũ esse mundũ aĩal eorũ sententia beatissimũ. Mundi uero cor (ut diximus) esse solẽ. Quod sicut & in quolibet aĩali primũ maximeq; uiuat efficatiaq; fecunda/ spheras oẽs mundi/ globosq; ꝓgeneret quẽadmodũ & cor arterias/ & ut pleriq; putãt/ uenas atq; neruos/ & summati; oĩa profert. Atq; sicut hinc per oĩa mẽbra spiritus diffundunt/ sic a sole radii per oĩa mundana uibrant. Ita sane solẽ opificẽ mundi putabãt. Atq; eadem ratione gubernatorẽ. Nec solũ calore uiuifico oĩa uegetantẽ sed proiectis circũ radiis/ singula cõtuentẽ/ & intima intelligẽtiæ luce oĩa prorsus intelligentẽ. Hinc homerus arenarũ quoq; numerũ marisq; mensuras Apollinẽ nõ ignorare fatetur: Orpheusq; similiter. Theologi uero pythagorici atq; platonici/ soli totiq; mundo sublimiorẽ deum ueriore sentẽtia perfecerũt. Si animus a mũdo separatus esset/ inuisibilia dei per ꝓprios ipsorũ radios primũ intueret. Deinde per illa etiã mũdana cõspiceret. Cũ uero sit creatura mũdi. Natus uidelicet in mũdo & ex mũdo istrumẽta corporea: nimirũ quæ supra mũdũ sunt excogitat ꝑ mũdana. Per solẽ qdẽ deũ: ꝑ stellas uero.

fixas angelos: p erraticas aũt aīas: maxime uero per lunã. ℂ Dionysius.

b Onitas ad se cõuertit oĩa. Primaq; ipsa bonitas dispersa oĩa cõgregat tanq̃ unitatis. Principiũ & unifica deitas. Atq; hãc oĩa tanq̃ principiũ / tanq̃ cõtinẽtiã / tanq̃ finẽ appetũt. Bonũq; ipsum est ut sacra tradũt eloqa ex quo subsistũt oĩa. Productaq; sunt inde ueluti causa omniũ pfectissima: & in quo oĩa cõstãt tanq̃ in omni potẽte fundamẽto pœnitus cõseruata. Ad quod oĩa cõuertunt / tanquã ad suũ queq; finẽ. Quod uidelicet cũcta desiderãt. Intellectualia quidẽ rõnaliaq; cognitrici quadã cõditione. Sensualia uero sensuali. Quæ autẽ sensu carent / ingenito uitalis desiderii motu. Et quæ sunt exptia uitæ / solaq; sunt essentia prædita / sola quadã ad essentialẽ participãtiã aptitudine. Eadẽ & euidẽtis imaginis rõne / lumẽ quoq; cõgregat & cõuertit ad seipsum oĩa. Quæ uident: quæ mouent. quæ illuminant. quæ calefiũt. quæ ue oĩno ab eius radiis cõtinent. Quãpropter sol grece helios appellatur. Quod cõgregabilia reddat omnia cõciliet q; dispsa. Omnia solẽ sensibilia cõcupiscũt / uidelicet uiderẽ / aut moueri & illuminari atq; calefieri & oĩno ab ipso lumine cõtineri desiderantia. ℂ Neq; uero hoc in præsentia dico antiquorũ sequens opinionẽ / putantiũ / solem esse deũ & opificem uniuersi & idcirco patentẽ hunc oculis mundũ rõne ppria gubernare. Verũ hæc ideo dixi / qm̃ inuisibilia dei a creatura mũdi p ea quæ facta sunt itellecta cõspiciunt sempiterna quoq; uirtus eius atq; diuinitas.

ℂ De quinq; luminibus. item quomodo diuinum lumen agit in angelos atq; animas. ℂ Marsilius.

p Latonici quinq; lumina ponũt. Primũ: sup itelligibile. Secũdũ: intelligibile. Tertiũ: cogitabile. Quartũ: imaginabile. Quintũ: uisibile. ℂ Visibile hoc / cuius fons primus est sol depẽdere putãt ab imaginabili. Quod aĩæ mũdanæ imaginatio etiã excellẽtius isto apud seipsam imaginat. Imaginabile quoq; a lumine cogitabili: qd̃ rursum pstãtius eiusdem aĩæ ratio excellẽter excogitat. Cogitabile hoc ab intelligibili similiter emicare: qd̃ & p summã participationẽ existit in mũdane hui⁹ aĩæ itellectu: & per formã uiget in intellectu sup mũdano. i. angelico. Lumen aũt ipsius boni pptiũ nõ appellat intelligibile. Quoniã nullã habet cũ itellectu pportionẽ: sed plusq̃ intelligibile nominat. Et ab Apl'o Iacobo nuncupat pater luminũ. s. quatuor reliquorũ. Hoc ipsum lumẽ sic in fonte suo superat itellectũ: queadmodũ lumẽ in ipso sole excedit noctue uisuз. ℂ Tẽperat uero se ipsum benignitate sua. Graduq; pleniore descẽdit in angelicos intellectus. In nostros uero parcius: excelsius uidelicet lumẽ minime tolerãtes. ℂ Officiũ uero luminis est tenebras caliginesq; discutere. Itẽ leuitatẽ dare ac motũ

sursumq; attollere. Hæc igit omnia facit diuinū lumē in anima intellectuali quidē omni: etiā in tenebrosa per ignorantiā: ac tenebrarū pondere prægrauata per mūdanos affectus præcipitātes ad infima. Prima quidē portio luminis exhibet intellectuali naturæ etiā nō querenti. Hinc e uestigio sequitur amor quidā/ nimirū ex lumine calor. amor uero ubi euadit ardētior qa/ & purgat/ & transfert/ uberiorē iure reportat luminis plenitudinē. Tot uero plenitudinis gradus aiæ cōferunt quot amor gradibus incalescit. Feruet aūt/ tū accensus afflante deo: tum nostro arbitrio concitus. ℂ Dionysius.

Ed hæc quidē ad theologiā symbolicā. i. significatiuam pertinēt. In præsentia uero intelligibilē ipsius boni appellationē a lumine ductam celebrare debemus. Bonus quidē ipse lumen intelligibile nūcupat. Quoniam intellectum omnē super cæleste lumine implet intelligibili. Atq; ex oibus animabus/ quibus seipsum infuderit/ ignorantiā omnē errorēq; expellit: easq; sacri luminis participes efficit: itellectuales harū oculos purgat: obductamq; ex ignorantia caliginē discutit. Atq; pfundo tenebrarum pondere obtusos suscitat explicatq; in lucem. Primum quidem his mediocre lumen impartit. Deinde postq̄ animæ gustantes lumen ardentius ipsum amare ceperunt/ uberius affluit: ideoq; illuminat abundantius. Quoniam plurimum dilexerunt. Atq; ita semper incendit ut gradatim ultra proficiant: quatenus sursum pro uiribus se attollere ualent.

ℂ Deus est lumen super lumē. Illuminat mentes omnes tum natura/ tum gratia. atq; in unum illuminando conciliat. ℂ Marsilius.

Erū principiū nō est formaliter lumē aliquod ab intellectu quouis excogitatū: uel pportionē ullā habēs ad itellectū. Dicit tñ itelligibile lumē. i. luminis itelligibilis auctor. Atq; deinceps luminis cogitabilis/ & imaginabilis/ uisibilisq; largitor. ℂ Queadmodū sol stellas fixas illustrat & planetas/ & elemēta/ ita ferme deus angelos super mūdanos. i. assistētes deo/ & dūtaxat cōtēplationi uacātes. Itē circa mūdanos. i. angelos i gubernatiōe mūdi ministrātes deo. Rursum intra mūdanos. i. itellectus humanos. ℂ Nec solū naturale lumē ab initio semel unicuiq; tribuit sed etiā supnaturale multis nouūq; largit. Et queadmodū sol distributa lumina pœnes seipsum cōprǽhendit in uno uberiusq; possidet/ atq; prius: ita multoq; magis deus intelligibiles & itellectuales rōnalesq; uirtutes/ atq; fulgores in uno pœnes se uigore cōprǽhēdit. Qui sane & ifinitis gradibus sequētes superat: & naturali ordine/ uel tpali etiā antecedit. ℂ Quoniā uero diuinū lumē & simplicissimū est & ipsa unitas: ideo quoscūq; intellectus ad se cōuerterit/ in unā quasi formā & uoluntatē/ & actionē mirifice cōgregat/ ut nō mi

rum fit. dum multe mentes eidem simul deo sunt dedite/ querẽdo uidelicet
contẽplando/ amando/ fruẽdo/ ab alia uicissim in aliã cogitatus / & affectus
& motus aliquos redũdare. Mitto nũc & circa idẽ una dũtaxat est uera sentẽ
tia: esse uero falsę cõplurime possunt. Vnde cõfirmaᷓ ueritatis qdẽ lumẽ
mẽtes inuicẽ cõgregare cõtra uero falsitatis tenebras disgregare. Animus
deniq; unifico dei lumine plenus unica uirtute cõsequiᷓ oĩa quæ ceteri mul
tis sensibus & imaginatione rõneq; & itelligẽtia ꝓsequunᷓ. ¶ Dionysius.

i Psum ergo bonũ lumine quouis excelsius/ lumẽ itelligibile nũcupa
tur tanq̃ fontana lux & exuberãs ꝓfusio luminis: intellectũ oẽm su
per mũdanũ circa mũdanũ/ intra mũdanũ/ sua illuminãs plenitudi
ne. Totasq; itellectuales horũ uires renouãs. Et oẽs deniq; itellectus cõpræ
hẽdens eo ipso ꝙ se sup eos expãdit. Atq; oẽs excedẽs eo ꝙ desup existat. Et
oĩno tanq̃/ principiũ luminis sup lumen/ auctoritatẽ dominationẽq; oẽm
potestatis illuminãtis in se cõplectẽs & excedẽs atq; antecedẽs. Iã uero intel
lectualia rõnaliaq; oĩa cõgregat atq; cõciliat. Nã queadmodũ ignorãtia eos
qui decepti sunt/ diuidit/ sic ipsa intelligibilis ꝑsentia luminis eos qui illumi
nanᷓ cõgregat/ unit/ ꝑficit. Cõuertit quoq; ad ipsum qđ uere est ex opinio
nũ diuersitate. Veritasq; uisiones/ siue ut rectius loquamur imaginationes/
i unã uerã/ purã/ uniformẽ/ cognitionẽ cogit. Ac uno tãdẽ & unifico lumi
ne cõplet. ¶ Ipsum bonũ oĩa reddit suo lumine pulchra. ¶ Marsilius.

s Ol tribus potissimũ gradibus per oĩa diffundit intimæ lucis imagi
nẽ. Primo qdem per cælestia. Secundo uero corpora pœnitus sub
cælo diaphana. Tertio per superficiẽ corpoꝝ solidoꝝ. Similiter ip
sum bonum lucis propriæ gratiã/ quæ pulchritudo diciᷓ per angelos/ per
animas/ per corpora porrigit. ¶ Pulchritudinẽ cõmuniter circa corpora
in duobus uersari putamus. In ꝓportione uidelicet quadã mẽbroꝝ atq; li
nearũ coloribusq; perlucidis. In animis quoq; pulchritudo tributa diuini
tus in ꝓportione uiriũ motuũq; animi. Itẽ in cogitationis & intelligentiæ
claritate cõsistit. In angelis etiã pulchritudo desuper emicãs in proportio
ne/ intelligentiæ uoluntatisq;/ & actionis/ rursumq; in ueritatis lumine col
locatur. ¶ Sũma tandẽ ipsius dei simplicitas efficit ut ꝓpria pulchritudo
dei proportionem nõ habeat a luce distinctam. Sicut neq; sol calorem a lu
mine differentẽ. Efficit insuper ut pulchritudo & pulchrũ/ quæ duo quædã
sunt in rebus: unũ deniq; sunt in ipso: sicut nec in ipsa luce simpliciter cõside
rata aliud quidem lux est: aliud uero lucere. ¶ Nec multa quidẽ hic de pul
chritudine uel de amore dicã: plurima enim in libro de amore tractamus/
conuiuium Platonis interꝑtantes. Quem sane librum placuisse Dionysio

propterea coniectamus q̄ Platonica uerba in hoc præcipue capite libenter imitatur & comprobat. ℭ Dionysius.

h Oc ipsum bonū a sanctis theologis ut pulchrū & pulchritudo: itē ut dilectio diligendū laudaẗ. Et quæcūq; alie appellationes diuinæ pulchritudinē illā decēt gratiosissimā/ & ois pulchritudinis auctor est. Pulchrū uero & pulchritudo in causa illa/quæ in uno oia colligit/ distinguēda nō sunt. Hæc eni in rebus quidē post deū oibus etiā intelligibilibus/ in participationes participātiaq; diuidimus. Pulchrūq; nominamus/quod est particeps pulchritudinis. pulchritudinē uero participationem quandā causæ primæ pulchra oia facientis. ℭ Ipsum uero super essentiale pulchrū/ pulchritudo quidē diciẗ/ propter illā q̄ rebus oibus pro suo cuiusq; modo pulchritudinē tradit. Atq; ut oium cōcinnitatis nitorisq; causa luminis uidelicet instar cūctis corruscās fontani radii sui deriuationes/oia passim pulchra reddentes: & tanquā ad se oia uocans. Vnde & aduocando pulchritudo grece callos cognominaẗ. Ac deniq; tota in totis in unū colligēs. ℭ Appellaẗ/& pulchrū. Tanq̄ uniuersam cōpræhendēs pulchritudinē atq; super pulchrū. Sēperq; & secundū eadē & eodē modo pulchrū. Nec unq̄ ortū neq; caducū nec ad auctū /neq; diminutioni subiectū: nec partim qdē hac pulchrum/illa uero turpe. Nec alias qdem pulchrū: alias uero nequaq̄. Nec ad hoc pulchrū: ad illud turpe. Nec hic quidē ita. Ibi uero aliter. Nec his sane formosum. Illis autē deforme. Sed tanquā ipsum secundum seipsum secū ipso uniforme semper existens pulchrū. Atq; ut uniuersi pulchri fontanā pulchritudinem in seipso eminenter anticipās. In ipsa enim simplici & excelsa pulchrorum uniuersorum natura/ omnis pulchritudo & omne pulchrum uniformiter secundum causam præexistit.

ℭ Pulchritudo prima est omnium principium & exemplar & finis. Atq; est ipsum bonum. ℭ Marsilius.

o Mnia pulchra ad primā pulchritudinē referūtur. Cuius participatione magis minus ue pulchra fiūt. ℭ Est autē pulchritudo prima oium causa/efficiens finalisq; & exēplar. Efficiens inquā modo pfecto. Nā non solū dat esse sed & motū atq; cōseruat. Nemo dubitat/ rē quālibet esse per formā. Formositateꝫ uero cuiusq;/ quæ/& sua cuiq; pulchritudo est esse integritatē formę nemo negabit. Ab eadē utiq; causa & formositas est/ atq; forma. Formositas aūt tanq̄ pulchritudo quædā a pulchritudine prima dependet. Quæ quidē cū tribuat unicuiq; formā/ per quā est unū quodq;/nimirū tanq̄ efficiens causa oibus esse largiẗ. Præterea dum formā exhibet/quæ est principiū motionis adhibet interea motum; motū iquam

certum formæ propriæ comitem. Illinc igitur habent singula/ut ad salutẽ suã moueãtur:& i perfectore quiescãt. Hinc efficit ut pulchritudo prima faciat/& moueat omnia pariterq; cõseruet. ℂ Quoniã uero singula quatenus pulchra sunt/ amabilia sunt merito pulchritudo prima maximæ oĩum est amabilis/tũ sibi ipsi/tũ cæteris. Sed qa sibi ipsi amãda est: ideo amore sui seipsam ꝓpagat/tãquã in suas imagines / in oĩa pulchra:qa rursum oĩbus ẽ amãda/iterim cõciliat oĩa. Quæ dũ in singulis pulchris amãdis/pulchritudinem primã amant/& alia aliis amica fiunt/& cõueniũt in eodem. Quapropter per ipsam pulchritudinẽ societates omnes cõmunionesq; nascunt. Itẽ intima unicuiq; rei in suis partibus cõgruentia. Hæc eni tanquã proportio quædã a pulchritudine prima ꝓportionis oĩs origine proficiscit. ℂ Hinc rursus efficitur/ut pulchritudo prima sit finis omniũ. Quatenus oĩa / & ad hanc amandã cõfluũt:& omnẽ conatũ motũq; suũ huc dirigũt/ut integritatem formæ formositatẽq;/tũ suã querãt/cõseruentq;/pro uiribus in aliudq; deriuent:tũ alienã cõparẽt/atq; fruãtur. ℂ Deniq; pulchritudo prima est causa oĩum exemplaris. Singula eni sunt per formã. Dispositio uero uniuscuiusq; formæ per dispositionẽ rõnemq; formalẽ primæ formæ peragit. ℂ Cũ uero dotes eiusmodi quas primæ pulchritudini ꝓprias attribuimus ipsi tñ bono sint ꝓpriæ/cõcludit primũ pulchrũ primũq; bonũ esse idẽ. Plotinus qn etiã postquã pulchrũ distinxit a bono/tanq̃ emanãtẽ foras splẽdorẽ ab intima luce/tandẽ ipsum bonũ/ratione quadã super pulchra pulchritudinẽ appellauit. ℂ Materia prima/ quæ non ens ꝓpter informitatẽ cognominatur/formã formositatẽq;/imo/& omnes formas naturaliter appetit:atq; ita appetit esse/& pulchre pariter/atq; bene esse. Ipsumq; bonuʒ pulchrumq; primum/ in hoc salteʒ emulari uidetur:q; quemadmodũ illud ita & hæc nullam habet formã. Item quatenus illud omnes largit formas: eatenus hæc easdẽ & auide adsciscit/& libẽter amplectit. ℂ Dionysius.

e X hoc ipso pulchro omnibusq; sunt inest ut pro modo suo sint pulchra. Atq; ꝓpter ipsum pulchrũ/omniũ cõgruentiæ amicitiæq; & cõmuniones unionesq; proueniũt. ℂ Idq; omniũ est principiũ/ut causa efficiẽs & mouẽs & cõtinẽs uniuersa: pulchritudinis uidelicet sui ipsiꝰ amore. Est & finis omniũ. Cũctisq; amabile/tanq̃ finis. Oĩa eni pulchri gratia fiunt. Exẽplaris quoq; causa est. Oĩa eni per pulchrũ definiunt. ℂ Quãobrẽ idẽ est pulchrũ ipsum atq; bonũ. Quoniã oĩa pulchrũ pariter atq; bonum secundum omnem causam appetũt. Nec qcq̃ est in rerũ ordine: qd nõ sit pulchri boniq; particeps. ℂ Audebimus quoq; dicere:ipsuʒ etiã nõ ens pulchri boniq; cõpos existere. Tunc eni & ipsum est pulchrũ atq; bonũ quã

do in deo per omnium ablationem supra modum essentiæ celebratur.

¶ Idem est primum bonum atq; pulchrum. Item a pulchritudine prima sunt rerum essentiæ uniones/discretiones/communiones ordines proportiones status motus. ¶ Marsilius.

Nemo argumentari debet: primũ principiũ/qa q̃ plurima facit/esse ꝓpterea multiplex uel in natura uel actione. Sed potius contra qa uidelicet est ĩfinite simplex/ideo esse primũ: & idcirco illinc oĩa ꝓficisci/ & qm̃ ꝓpter mirã simplicitatẽ est ipsa unitas/uirtutẽ ĩfinitã habere cũcta creãtẽ. Siqdẽ in singulis unaqueq; uirtus quatenus unita magis est/ eo potẽtior est: efficitq; plura. Ipsum ergo principiũ apud Dionysiũ/sicut sũme unũ est sic unite/unice/unica uirtute & actione dicit̃ oĩa ꝓcreare. ¶ Proinde si singula consideres naturæ opera cælum/ elementa/ plantas/ animalia/uidebis naturæ intentionem duo hæc pariter ubiq; curare: commoditatem uidelicet & ornatum. Quod uel minimis quibusq; est maxime manifestũ. In herbaꝝ foliis: in alis papilionũ. cõmoditas qdẽ & utilitas ad bonũ ꝑtinet. Ornatus uero modus/spẽs/ordo/dispositio/ꝓportio/cõcinnitas/ cõsonãtia/gratia/claritas/spectat ad pulchrũ: ex his ergo colligit̃ in sũmo naturæ principio primã pulchritudinẽ cũ prima bonitate cõcurrere. Et si Plotinus bonũ anteponit pulchro. Tũ rationibus aliis: tũ etiã qa bonũ usq; ad materiæ primæ centrũ uidet attingere. Materia siqdem necessaria est & utilis & cõmoda mũdo. Pulchrũ uero nõ ad deformẽ materiæ sinũ inspicit penetrare/sed circa sụpficiẽ eius in forma uersari/dicit̃ tamẽ primũ principiũ tã a Plotino q̃ a Dionysio/ipsum pulchrũ & pulchritudo prima: non qa sit formalis aliqua pulchritudo: sed qm̃ prima sit causa pulchritudinis. ¶ Cõtẽplat̃ ꝑterea Dionysius noster in sole occultã solis naturã atq; lucẽ. Vbi natura qdẽ est lux ipsa se intus colligẽs in seipsam. Lux aũt natura rursus existit seipsam explicãs. In apertũ similit̃ cõtẽplat̃ in deo efficacẽ naturæ fecũditatẽ: & clarissime rursus intelligẽtiæ ordinẽ. Illã qdẽ ꝓprie nominat bonitatẽ. Hãc uero nũcupat pulchritudinẽ. Re qdẽ ipsã pœnitus unũ. Sed hãc ab illa quadã rõne distinctã. Quẽadmodũ igit̃ quæcũq; fiunt a natura solis occulta eadẽ ꝑficiscunt̃ a luce atq; uicissim/ita quæcũq; a bonitate nascunt̃/ eadẽ a pulchritudine disponunt̃. Sicut in artificio cũcta simul & uirtus ĩ artifice mouẽs efficit: & rõ interim artificiosa. Dũ fiunt ordine suo quæq; disponit. ¶ Quæcũq; in ordine rerũ ad gratiã/claritatẽ/ꝓportionem/ cõcinnitatẽ/cõsonantiã/ordinẽ attinent/tanquã ꝓpria pulchritudinis a pulchritudine prima perficiunt̃. Hæc igit̃ omnia Dionysius ĩ præsentia numerat. Essentiales qdẽ subsistẽtie rerũ ĩ claritate forme & eiusdẽ ĩtegritate cõsistũt.

Vniones quoq; discretionesq; rerum: siue in suis uniuscuiusq; partibus in
sunt: siue inter rē hanc & aliā cōsiderent ad proportionē quādā spectare ui-
dentur. Similiter quæ per unionē discretionēq; cōtingūt. s. idētitates diuer
sitatesq; in natura. Item similitudines dissimilitudinesq; in qualitate ad pro
portionē aliq; mutuāq; habitudinē referri putent. In prima pulchritudine
unitas cū multitudine ita semper est cōcors ut alterutrū nō īpediāt. In uni-
tate essentiæ trinitas ineffabilis & in trinitate similiter unitas. In conceptu
diuino unica lux intelligentiæ simplicissime cū idealium radiorum mira mul-
tiplicate cōspirat. Hinc efficit ut in re qualibet & unitas sit essentiæ / & par-
tium seu uiriū multitudo. Nec alterū īpediat alterū. Itē ut in uniuerso mul-
te rerū species actionesq; in una totius mundi forma ordineq; conueniāt.
Perq; quidē cōuenientiā & superiora ad īferiora / & hæc ad illa / & equalia in-
uicem quodāmodo se cōuertūt mirabiliterq; cōmunicāt. Vnumquodq; ta
men suā interim seruat ꝓprietatē. ℭ Per eandē quoq; cōuenientiam cæle-
stia sunt etiā in terrenis modo quodā prope terreno. Ac terrena sunt in cæ-
lis: sed ibi ratione cælesti. Hinc utiq; totus sibimet mundus seu uiuens unū
est cōnessus. Totusq; ubiq; respondet toti. Vt siquis terrenū Mercuriū ex-
plorauerit / & opportune susceperit / sit quodāmodo cælestē ad se Mercuriū
attracturus. Sed de his in libro de uita latius disputauimus. ℭ Proinde pro
portio quæuis armonica uel exterior uel interior a prima pulchritudine oī
bus est tributa. Per portionem eiusmodi partium / uiriū / actionū / tum sub
stantiæ stabiles permanēt insolubiles: tū res fluxe ꝑpetua quadā ꝓpagagi-
ne / speciem retinent sempiternā. ℭ Deniq; series idearū diuina mente con
cepta est proculdubio pulchritudo prima. Ab hac igitur & in ipsa unum-
quodq; est in certa specie rationeq; propria cōstitutum. Videlicet ut ignis
necessario sit lucidus / calidus / siccus / leuis. Per certā uero naturā / inclinatio /
motio / actio / similiter est sua cuiq; destinata. Illinc igitur & status & motus
est omnibus assignatus. Ipse uero deus / ut Plato disputat in Parmenide /
neq; mouetur / neq; motus est ullus alioquin imperfectus fore compellet.
Neq; stat: esset enim ex statu quodā ac stante compositus. Neq; status est ul
lus. Quo scilicet formaliter aliquid stare dicatur. Primum nāq; principium
est in nullo neq; est ipsa dumtaxat idea status. Esset enī & certa specie defini
tus / & ad certum designatus effectū. ℭ Sed ne pigeat mysteriū hoc Diony-
siacum memoriæ cōmendare. Quēadmodū in pricipio numerorum summa
unitas cōcurrit cum infinita numeralium uirium multitudine / sic in princi
pio rerum pœnes ipsam naturæ unitatem inextimabilē / innumerabilis exi
stit rationū idealium multitudo. Nec eiusmodi multitudo summam impe

dit unitatẽ:sed necessario comitatur. Quamobrẽ diuina unitas atq; discretio usq; a deo pariter ubiq; regnat:ut nulla uel tã iter se diuersa esse possint/ quin in aliquo simul cõmuni cõueniãt/uel tam exactæ cõflata ex pluribus/ quin plura hæc suam adhuc aliquam seruent ꝓprietatẽ. ℂDionysius.

h Oc ipsum bonũ/unũ/atq; pulchrum/ unice causa est multorũ omnium pulchrorũ atq; bonorũ. Ex hoc omnes rerũ essentiales subsistẽtie. Vniones. discretiones. idẽtitates. alteritates. similitudines. dissimilitudines. Præterea discretorũ cõmuniones. Vnitorũ incõfuse proprietates. Superiorũ prouidentie. Rerum eiusdẽ ordinis cõsortia mutua. Conuersiones inferiorum. Omniũ interea suimet conseruatrices ĩmutabilesq; mansiones atq; firmitates. Rursus omniũ in omnibus pro sua cuiusq; proprietate cõmuniones. Et cõgruentie inconfuseq; amicitiæ consonantieq; uniuersi. Atq; omnes in uniuerso/tum eorũ quæ re uera sunt contẽperantie/ indissolubilesq; cõnexus: tũ eorũ quæ fiunt perpetue successiones. Deniq; status omnes motusq; mentium/animarum corporum. Status enĩ est omnibus atq; motus quod omni statu motuq; superius exstans rẽ quãlibet in ratione propria firmat & ad propriam dirigit motionem.

ℂDe motu angeli & aïæ triplici.i.circulari/recto/obliquo. ℂMarsilius.

i Nter uirtutẽ naturalem atq; cognitricem hoc interest potissimũ: ꝙ naturalis uirtutis actio fertur foras/ac desinit in subiectum. Cognitricis uero uirtutis actio/ꝑmanet pœnes ipsam. Quapropter hæc quidem circulare nõ nihil habent. Quod enim in orbem mouetur/uersatur circa seipsum:reditq; semper unde discessit. Illa uero rectã uidetur lineam imitari/ab altero uidelicet puncto in alterũ desinentem. ℂCorpori quidẽ sola competit eiusmodi actio/motioq; cõsimilis. Intellectui uero cõuenit actio circularis. Cũ enim cognitio quelibet in se uidelicet quodãmodo permanens circulare nõ nihil habeat/ & imaginatio qdem magis q̃ sensus:ratio quoq; magis q̃ imaginatio:intellectus deniq; tãquã cognitio summa/circularis est summopere. ℂHinc fit/ ut anima inter intellectum corpusq; media/ mediã habeat actionẽ motũq; similiter tum orbis/ tum recti participem. Vna siquidem intellectus ipsius actio est intellectio/ ex se exoriens/ & orbiculariter remeãs in seipsam. Quatenus uero se suaq; intelligit/ eatenus ĩtelligit/efficit/ mouet/regit alia. Hic igiẽ recta quædã linea tẽdẽs in alia orbẽ intimũ comitatur/uidelicet inde ꝑfecta. hæc igiẽ actio circa alia intimã nõ distrahit actionẽ. Anima uero & animaduersione sui facit circulum & uegetatione corporis negocioq; circa corpus rectã lineã imitaẽ. Sed quoniã hæc nõ dependet ab illa nimirum aïa sic agẽdo distracta uidetur/ &

apud eam operatio altera uicissim impedit alteram. ℭ Verum si ad mentem quidē circuitus attinet/ ad animā uero motio quædā mysta/ ad corpus deniq; recta/unde nam cælestis reuolutio prouenit? Non a corporea quidē cæli natura. Sed a motore cæli mente uel anima/uel utraq; ad circuitū interea cōferente figura. Esse uero mundanū motū a mente simul & aīa Platonicus quisq; coniiciet ex motibus mūdi mystis/ orbicularibus uidelicet atq; rectis. Hactenus Platonicæ tantū locuti sumus. Ad Dionysiū reuertamur. Platonica semper in melius reformantē. ℭ Cum mens angelica per diuinum lumen intelligens ipsum quoq; lumen intelligat/idq; uniformi perpetuoq; actu semper efficiat/merito sic remeans unde cepit/ circulū quēdam uidetur efficere. Mox uero intelligēs inferiora/ & itelligēdo dispensans per rectam lineam ita procedere iudicatur. Nec enim illuc spectat unde ceperat. Nec quæ gubernantur inde similiter dispensantur. ℭ Inter loquēdum Dionysius nostri Platonis amator libenter uerbis Platonicis utitur. Vbi inquit recta quadā uia omnia peragit. Quod quide3 Platonis est in quarto legum dicentis deum dum uniuersa lustrat in orbem/omnia interim uia recta peragere. Vbi sane dicit Deus secundū naturā circuitum agens uia recta peragit.i.naturalis & prima dei actio uersaẗ circa seipsum intelligendū atq; amandū/ex hoc autem circulo linea recta sub oritur dum uidelicet se intelligēs intelligit & efficit oīa. Animus uero noster contra/ exordiens a linea recta qua uersatur circa alia desinit in circuitū quo seipsum aīaduertit. ℭ Proinde motus obliquus partem quidem habet recti/partem uero circuli. Angelus igitur dum quasi recta quadā processione gubernās inferiora/ab ipsa diuinorū intelligentia non discedit/ atq; ita summū illū conseruat circuitū nimirū obliquū motum imitari uidetur. Eatenus autē in eodem suo habitu perseuerat/quatenus in deo permanet uelut cētro. Ipsa nāq; unitas/ status omnis principiū est & ratio. Stare enī censeẗ/ qđ sui habitus retinet unitatem. Est & fundamentū motus. Nō enim motus est nisi cōtinuus. Neq; cōtinuaẗ actus nisi per unitatem uis ipsa mouendi permanet. est & origo idētitatis/equalitatis similitudinis. Siquidē per ipsam unitatē/ & quæ sunt eadem/unum sunt in substantia: & quæ sunt equalia/sunt unū in quātitate: & quæ similia/unum in qualitate. ℭ Quemadmodū uero a circulari cælestium motu/tum recti elementorū atq; mystoꝝ/tum obliqui uiuentiū motus proficiscuntur atq; reguntur: ita & rectus obliquusq; motus idest actus angeli ab intimo eius circa deum circuitu uim omnem ordinemq; sortitur. ℭ Platonicus Timeus in cælo circuitus præcipue duos suspicit. Erraticū. s. planetarū. Atq; nō errantem: uidelicet firmamenti. Circuitus ferme simi

les in anima contemplatur. Erraticum quidem in ratione circa se & causam cognoscendā uariis discursionibus ab errante. Non errantē uero/in intellectu/ seipsum causamq; suam per simplicē firmumq; intuitū cōtuente. Praeterea queadmodum sub luna motus recti sunt gemini alter quidē ascendētium/alter uero descēdentium/sic in anima motus quasi rectus est duplex. Alter/sentiendo corpora & imaginando imagines corporū ad externa discendit. Alter ascendit. Aut ex multis sub specie singularibus speciem unam rationēq; cōmunem cōcipiens atq; colligēs: aut etiā ex natura corporea interdum excogitās incorporeā. In hoc aūt officio refugiens multitudinem confugere uidetur ad unitatem. ¶ Inter hæc uero memento / quo superior uirtus est/eo & minus multitudine indigere / & magis in unitate multa complecti. Nempe uisus unico intuitu figuram percipit circularē quā actu multiplici digitorū tactus exhibet iudicandā. Imaginatio una cōficit quotcunq; multi sensus efficiunt. Ratio singula imaginationis spectacula : summatim sub una specie cōtuetur. Intellectus uno sepius actu stabili cōspicit. Quod ratio multis indagauit ambagibus. Appellatur tamē ratio etiā intellectus a Dionysio: sed inferior & in utroq; intellectu circulum Platonico more designat. Circuitūq; intellectus inferioris erraticū resoluit in orbē intellectus superioris nō errantē. i. minime uagabūdū erroresq; rationis emēdātem atq; firmātem. Queadmodū uero ex iactu lapilli in aquā circuli plures e uestigio subsequūtur sic ex ingressu animæ in seipsam circuli deinceps multi nascunt primo quidē seipsam animaduertit & ex ꝓpriis actionibus uires suas agnoscit atq; naturā. Atq; ita nōnunq̄ ex rationali maximæ intellectualis euadit: unaq; iam efficitur ex multiplici. Secūdo uero circuitu per intelligentiā suā animo participāti tributā angelicā excogitat intelligentiā/ non in anima quidē ulla sed in seipsa constantē: ꝓpriaq; aiæ unitatæ longe simpliciorē/tertio tandē circulo per intelligētiā angelicā cōtemplatur deū ois intelligentiæ lumē. Tres autē actus eiusmodi ideo circuitus appellant quoniā in suā originē se reflectunt. ¶ Nominatur aūt motus obliquus in aia quādo luminibus infusis adeo/ipsummet deū excogitare cōtendēs/a diuinitate procul aberrat. Tūc. n. q̄a cōuertere seipsam nititur illuc unde mouet/ refert quodāmodo circulū. Quoniā. uero nō ꝓuenit/nō nihil adhuc recti retinēs/obliqua relinqt. Errat aūt sic a deo quotiēs rōne utēs potiusq̄ intellectu/notionē quādā sub diuino lumine circa deū cōcipit nō simplicissimā quidē atq; stabilissimā/qualē intellectus purus augurari solet sed mobilē potius atq; multiplicē quā humana ratio cōfingere cōsueuit ideoq; longissime a diuia sinuitate distātē. Appellat aūt eiusmōi/ notio mysta qm̄ ibi

rationis actio diuinas intelligentiæ species/ cum imaginibus imaginatio-
nis humanæ commiscet. ℭ Dionysius.

S I intellectus diuini circulo quidẽ moueri dicunt dum pulchri bo-
niqꝫ splendoribus principio & fine carentibus coniungunt. Recte
uero linea quãdo ad inferiorũ prouidentiã prodeunt/ recta omnia
peragentes. Obliqꝫ uero/ quoniã dum sequentibus prouident nunq̃ a pro-
pria idẽtitate discedũt uidelicet circa pulchrũ atqꝫ bonũ/ identitatis causam
indeficientem choreã agentes. ℭ Animæ uero motus circularis quidẽ est
ingressus in seipsam ab externis. Atqꝫ intellectualiũ eius uiriũ glomeratio
uniformis uelut circulo quodã acta/ munus nõ erraticũ ei largiens. Eamqꝫ
a multis extrinsecus circũfusis diuertens atqꝫ colligens: primo quidem in se
ipsam. Secũdo tanq̃ uniformẽ iã effectã singulariter unitis potestatibus co-
pulans. Tertio hinc ad pulchrũ bonũqꝫ perducens quod super omnia quæ
sunt est unũ atqꝫ idem/ neqꝫ principiũ habens neqꝫ finem. Obliqꝫ uero mo-
uetur anima. Quatenus diuinis subrutilat notionibus/ pro sua dumtaxat
ꝓprietate susceptis: nõ intellectuali q̃dem stabiliqꝫ sorte: sed rationali discur
renteqꝫ cõditione/ transeuntibus. s. actionibus atqꝫ permistis. Linea uero re
cta mouetur quando non ingreditur in seipsam nec intellectuali uniformi-
qꝫ ꝓprietate mouetur: hoc enim est ut dixi circuitum agere: sed ad externa
procedens ab eis uelut a signis quibusdam uariis multiplicibusqꝫ ad simpli-
ces & unitas contemplationes erigitur.

ℭ Ipsum pulchrum bonũqꝫ est causa efficiens/ exemplaris finalis conserua-
trix oĩs status atqꝫ motus & ordinis boniqꝫ totius rerũ oĩum. ℭ Marsilius.

P Rimũ rerũ principiũ/ quod ex ipsa quidem fecũditate naturæ dici-
tur ipsum bonũ/ ex ipsa uero intelligẽtiæ luce dicit ipsum pulchrũ/
est causa motus omnis recti/ circularis/ obliqui/ tum in rebus incor
poreis/ tum corporeis. Multoqꝫ prius status omnis est causa/ tum quia sta-
tus perfectioni principii propinquior est/ tum quia in uno quoqꝫ præcedit
ac regit uniuscuiusqꝫ motum: uidelicet statum uirtutis optãtem. ℭ Cõclu
de/ si status motusqꝫ omnis causa deus est/ ipsum omni statu motuqꝫ supe-
riorem esse. Est autẽ causa utriusqꝫ modis quatuor. ex qua. per q̃. ad quã siue
cuius gratia. In qua idest efficiens. exemplaris. finalis. conseruans. Efficiens
inquã/ q̃a dum unicuiqꝫ dat essentiã essentialemqꝫ uirtutem interim & per-
seuerantiã in essentia præstat/ & efficatiã admodũ subito properãtem. Exẽ-
plaris quoqꝫ quo iã species modus & ordo utriusqꝫ designaſ pœnes deum.
Finalis insuper/ ad quã utriusqꝫ & intentio spectat & cuius gratia edit actio.
Conseruãs deniqꝫ quoniã & ut principiũ ac exemplar seruat ad destinatum.

tempus unicuiq; munera semel data: & ut finis quelibet ad se conuersa pro modo cuiusq; perficit atq; reformat. ¶ Ois essentia uitaq; mētis aiæ naturæ dependet ab ipso. Quod qdem ualde platonicū est. Naturā.s. inter animam corpusq; esse mediā/uitāq; habere. Putāt eni mentē quidē esse uitā a corporibus alienā. Animā uero uitā ad corpus ex quadā sui parte uergētē. Naturā deniq; uitā quandā esse ex accessu aiæ ad corpus e uestigio resultātē. Siue natura sit uniuersalis sub aia mundi/corpori infusa mundano siue particularis sub aia nostra nostro. ¶ Post naturā Dionysius corpus Platonico more disponit narrat sane quæ pertinent ad quantitatē uel cōtinuam uel disertam. Et interim quæ spectāt ad qualitatem & quæ ad utrāq; & quæ comitantur atq; sequunt. Quales sunt mensure/modi/ pportionis / harmoniæ. i. cōgruentie. Mystiones/seruata tamē discretiōe. i. uniuscuiusq; proprietate naturæ. Item pprietates partiū. Perfectiones totius. Cōcentus / quibus partes partibus totiq; ligantur. Præterea ordines cōparationesq; inter totū aliud: atq; totum atq; summatim & cætera modis (ut dixi) quatuor ex bono pulchroq; depēdēt. ¶ Maximæ uero si inde dotes animæ. Naturalis uidelicet: uel acquisitus habitus animi. Et sensus ratioq; & intellectus. At qui in hoc ipso intellectu/tū tactus. i. subitus principiorū uniuersaliū ue intuitus: tum scientia cōclusionū argumētationibus cōparata/tū unio in excelso mentis excessu cū deo: deniq; facta. ¶ Principiū ordinis uniuscuiusq; propriū ex principio uniuersi depēdet. Quicqd igit in quo uis ordine munus id obtinet ut sit efficiēs aut finis uel exēplar uel cōseruatio uel elemētale fundamentū uel pfectio formalis/ hoc sane totū primi principii beneficio possidet. Idest ipsius boni pulchriq; dono. Hoc enim tanquā primū & ultimū omnia petunt. Deniq; & quæ sunt. i. sempiterna/ & quæ nō sunt. i. fluxa uel informia dependent a principio rerū primo/modo quodā supra q̄ essentiali omnia cōtinente. Quod quidē & principiū & finis est omniū/supra principii finisq; modum. Nullā enim propterea cū sequētibus proportionē habet: qualē propria rerum principia propriiq; fines habere uidētur. Quod aūt dixit oēm infinitatē terminūq; illinc existere Platonici Philebi sensu intellige ifinitatē capacitatis in materia atq; aia. Infinitatē pppagationis in specie successiōisq; in tpe. Terminū uero formas atq; pfectiōes. ¶ Dionysius.

I Psum bonū atq; pulchrū omni statu motuq; superius auctor est & cōseruator & finis harū triū in mūdo motionū/atq; etiā sensibiliū: multoq; prius uniuscuiusq; mansionum & statuū atq; firmatū. Per quod sane bonū atq; pulchru; status oīs ac motus existit. Ex quo/ & in quo & ad quod & cuius gratia hæc oīa fiunt. Iā uero ex ipso atq; per ipsum essen

tia uitaq; omnis itellectus & animæ naturæq; existit. Præterea paruitates. equalitates. magnitudines. mẽsure oẽs. ꝓportiones rerũ. cõgruẽtie. cõmy stiones integritates partes. Quodlibet unũ. Quælibet multitudo. partiũ nexus. oĩs multitudinis uniones. integritatũ pfectiones. quale. quãtũ quotũ. eiusmodi. ĩfinitũ cõiunctiones. discretiones. oĩum infinitudo. oĩs terminus. fines oẽs. ordines. excessus. elemẽta. spẽs quælibet eẽntia. quæuis potẽtia. oĩs actio. habitus oĩs. sensus. rõ. ĩtelligẽtia. tactus. sciẽtia unio. ❡ Atq; simpliciter qcqd est/ex pulchro bonoq; existit/& in pulchro bonoq; consistit. Et ad pulchrũ bonũq; cõuertit̃. Nẽpe quæcũq; sunt & fiũt propter pulchrum bonũq; sunt & fiunt. Ad ipsum oĩa spectãt. Ab eodem mouent̃ atq; cõtinent̃. Præterea ipsius gratia & per ipsummet & in eodẽ est omne principiũ. exẽplare. pficiẽs. efficiẽs. speciale. elemẽtale. & simpliciter omne pricipiũ. Quælibet conseruatio. Vnusquisq; terminus. Siue ut summatim dicam quæcũq; sunt ex pulchro sunt atq; bono. Imo & quæ nõ sunt rõne quadã plusquã essentiali in pulchro bonoq; cõsistunt ipsumq; est oĩum principiũ atq; finis sup oẽm pricipii finisq; rõnẽ. Quoniã ex ipso atq; per ipsum & in ipso atq; ad ipsum omnia pendẽt. Quẽadmodũ sacrũ testat̃ eloquiũ. ❡ Omnia pro modo suo appetũt ipsum bonũ atq; pulchrũ. quæ desiderio agũt qcqd agũt. itẽ ipsum bonũ amor sui oĩa facit. ❡ Marsilius.

Vm effectũ cõditio sit/ut quocũq; possunt istinctu cõuertantur ad
c causam/a qua ꝓcesserunt: bonũ uero pulchrũq; sit oĩum causa in oĩ genere causaꝝ/merito ipsum appetũt oĩa. Quæ uidelicet simpliciter sunt/appetitu simpliciter naturali: quæ & sunt & sentiũt/appetitu ĩsup sensuali: rõnalia pterea rõnali: intellectualia/quinetiã intellectuali. ❡ Quãuis aũt ipsum appetant oĩa/sola tamẽ rationalia intellectualiaq; dicuntur amare: solus intellectus deniq; consequi. Amor quidẽ appetitus quidã est/ nõ qualiscũq;/sed ardẽs cõcitatus anelans. Est igitur ardẽtissimus quidã motus. Et quẽadmodũ ardor in aere sequit̃ nõ lucem soli insitam proxime/ sed splendorem illinc aeri prorsus infusum/sic amor erga bonũ ardẽs nõ aliter ab ipso uidet̃ accẽdi q̃ per intelligibile lumẽ intellectui rationiq; insertum. Siue mox ex alto subrutilet mẽtibus. s. segregatis: siue per sensibile lumen gradatim ascendatur ad ipsum lumen uero intelligibile quidẽ pulchritudo prima est: & prima bonitatis imago: sensibile uero pulchritudo secunda: & imago secũda boni. Ipsum itaq; bonũ alioqn mediocriter appetibile/ p pulchritudinẽ suã splẽdorẽq;/amore ĩtus accẽso ardẽter appetit̃/& amat̃. Quãobrẽ & qui nouũ gratiosumq; ĩtelligẽtiæ lumẽ nõ est adeptus/ ut Plotinus ait: nõdũ intus habet deũ & qui nõ ardenter amat deũ: his profecto nondũ

est lumē ipsum intelligibile consecutus. ¶ Prætereа solis radius plantarū motibus causam pbet efficientē atq; finalē. Nā & calor eius insitus efficit ut moueātur: & cū primū mouētur/ad lumē uergunt uelut ad finē. Similiter ipsum bonū atq; pulchrū & tanquā efficiens efficatiā præbet oībus/qua mo ueantur atq; ad id quod eis cōsentaneū est pro uiribus annitanť: & tanq̄ finis gratia quadā singula circūfundit per quā alliciāt appetentia. Iam uero quoniā ipsum est primū amās & amatū amorq; primus/hinc habēt oīa ut ament amēturq;. Hinc omnes amores proficiscunť. Amores inquā genere quatuor. Amor superiora prouocans ut inferioribus benigne prouideāt. Amor inferiora reuocās ad superiorū uirtutē uel similitudinē cōparandā. Amor eorū quæ in eadē specie uel eodē genere uel ordine sunt/ad mutuā iter se cōmunionē in cōuersando/dādo/præcipiēdo. Amor uniuscuiusq; erga seipsum pro uiribus cōseruandū. Tū uero dum oīa gratia finis alicuius atq; bonū agunt qcquid agūt/in singulis appetēdis appetunt ipsum bonū. Sed qm̄ nō solū cōmoditatē uerū etiā ornatū ubiq; spectant/quatenus bonū/eatenus & pulchrū spectare uidenť. ¶ Deniq; si quatenus unūquodq; est fit bonū atq; pulchrū eatenus & sibi & aliis est euaditq; amabile/merito coniicimus ipsum bonū pulchrūq; primū a seipso prorsus amari. Ex ipso aūt sui ipsius amore īmēsam efficatiā possidente tū necessario inextimabile quiddā in semetipso pdit: tū pro arbitrio multiformes extra resultant diuinitatis imagines.i.rerū oīum species. Quæ quidē quo amore inde fiūt eodē mouenť perficiunturq; & seruantur atq; cōuertunť. ¶ Dionysius.

i Psum ergo pulchrū atq; bonū est oībus appetibile.amabile.diligēdum. Rursus propter ipsum eiusq; gratia iferiora quidē amāt superiora: se ad illa uidelicet cōuertēdo. Quæ uero in eodē ordine sunt/cōmunicādo inuicē/cōsortia diligūt. Sed præstātiora īferiora diligūt prouidendo. Et singula semetipsa: se uidelicet cōtinēdo. Cuncta deniq; quicquid agunt atq; uolūt/boni pulchriq; desiderio faciunt atq; uolūt. ¶ Audebit & hoc uera ratio dicere: ipsam omniū causam propter bonitatis exuberantiā oīa amare: omnia facere: omnia perficere. Continere. Cōuertere. Est profecto diuinus amor bonus.boni.propter bonū. Ipse enī amor beneficus rerum auctor/cū antea in bono prorsus exuberaret/nō permisit ipsum sine germine in se manere. Sed ad agēdū mouit/per excessum/oīum genitorē.

¶ De nomine amoris. Et q̄ intentionē loquētis potius q̄ uerba debemus perpendere. ¶ Dionysius.

n Emo uero nos arbitretur præter sacrarū litterarū auctorē amoris nomen calore, Est enim irrationabile ut reor atq; absurdum non

uim ipsam istitui spectare: sed dictionibus inherere. Neq; uero hoc est hominũ diuina uolentiũ intelligere: sed sonos dũtaxat nudos aucupãtiũ: eosq; tantũ ad aures obseruantium / interiora nequaquã penetrature. Neq; nosse uolentium / quid potissimũ talis significet dictio. Et quemadmodũ deceat eam per alia tantundẽ ualentia & apertiora uerba nõnunq̃ exponere. Curiose nãq; uersantur in elemẽtis & lineis intellectu carentib⁹: & syllabis dictionibus quæ cognitionis exptibus: neque ad intellectualẽ uim animæ penetrantibus / sed extrinsecus circũ labia aurésq; sonantib⁹. Per inde ac si nõ liceat quaternariũ numerũ exprimere per bis duo. Figurãq; recti lineã per figuram lineas directas habentẽ interp̃tari siue materiã per patriã declarare. Vel aliud quoduis eorũ / quæ in plurib⁹ oratiõis partib⁹ tantũdẽ significãt.

¶ Quomodo imaginatio potest aliqd sine sensu. Ratio sine imaginatiõe. Intellectus absq; ratione deniq; habitus animi deo conformis potest uacãte iam intelligentia deo frui. ¶ Marsilius.

q Vemadmodũ sensus interior. i. imaginatio circa imaginãda se uersat / etiã ubi sensus exterior externum nihil i presentia sentit / sic & ratio circa excogitanda potest argumentari nõ nunquã imaginatione uacante: multoq; magis altior intellectus simpliciora quædã simpliciter intueri / nõ argumẽtante ulteri⁹ rõne. Similiter & unitas apex animæ præstantior itellectu / cũ deo cõgruens itelligibile quodlibet excedente frui deo quãdoq; põt / intelligẽtia uidelicet ad hoc interim nõ agẽte. Frui inquã per actum quendã cognitione qualibet uel excelsa sublimiorẽ. Lumẽ namq; diuinũ re qualibet cognoscẽda superius / attingi nõ põt nisi per actum cognitione quauis excelsiorem / ideoq; oculos non habentem. Oculus enim ad cognitionem necessario pertinet.

¶ Verbis utimur p̃pter sensum. Sensus cũ sensibilibus sup̃flui sunt / quando intellect⁹ intelligibilia penetrauit. Sup̃flua & intelligentia / quando animus cum deo charitate coniungitur. ¶ Dionysius.

d Ecet autem recta ratione considerare / nos elementis / syllabis dictionibus / scripturis / sermonibus uti sensuum gratia. Quapropter ubi noster animus intellectualibus actionibus ad intelligibilia se iã confert / superflui sunt cum rebus sensibilibus sensus. Quemadmodum & uires intellectuales superuacue sunt / cum animus diuinam idutus speciem per ignotam unionem luminis inaccesibilis radios iam attingit perceptionibus quibusdam expertibus oculorum. Quando uero mens per sensibilia studet ad contemplatiuas intelligentias prouocari illi præceteris sensuum usus eligendi sunt / qui ad intelligenda planius introducunt apertio-

resq; sermones & quæ inter uisibilia uidentur expressiora. Nisi enim expressa fuerint quæ sensibus occurrunt/ne ipsi quidem sensus sensibilia menti rite porrigere poterunt. ℭ Marsilius.

Sicut pulchritudo ad humanã speciem pertinens nec in ullo hominum/nec semel in cunctis integra reperitur/sed ex cunctis tandem per mentẽ nostrã tota colligitur/sic generalis ipsa rerũ omniũ pulchritudo nec in aliqua formarum specie nec cunctis inest/sed in uno diuinæ mentis sapientiæq; splendore/quæ prima pulchritudo est uelut fonte cõpræhenditur. Primã enim pulchritudinẽ Plato Dionysiusq; definiũt/intelligentiæ primæ lucem ideis formaꝝ pulchritudinũq; omniũ corruscãtem. Ab hac intellectus quilibet procreatus est ad eam deniq; cõtuendam. Quisquis igitur ad hanc toto mentis ardore conuertiẽ/unitum habet amorem. Omnes enim formas amat consequẽterq; in una. Qui uero extra illam/ad pulchritudinem aliquã se diuertit/amore statim in multa diuiditur. Cum enim absolutã pulchritudinem naturaliter optet/neq; hãc inueniat usquã/ uel singulis uel in cunctis merito passim sitibundus oberrat/per uaria solicitus quotidie queritans quod in uno primoq; semel fuerat perquirendum.

ℭ Nomine amoris utimur in diuinis tum quia efficatius illa significat tũ etiam ut uulgarem huius nominis ab usum auferamus. ℭ Dionysius.

Ceterum ne hæc dicere uideamur sacra eloquia puertentes/audiant illa qui in appellationem amoris calũniãtur. Ama illã inquit/& seruabit te. Valla te illa atq; extollet te. Honora illã ut te cõplectatur. Et quotcũq; alia a theologis ratione quadã amatoria celebranẽ. Iã uero quibusdã ex nostris sacroꝝ tractatoribus/uisum est amoris nomẽ/dilectionis charitatis ue noĩe diuinius esse. Scribit eñi & diuinus ignatius. Meus amor Crucifixus est. Atq; in ipsis instructionibus ad sacra ducentibus/quendã.i. Philonem de diuina sapientia dicentem audies. Amator equidẽ formæ illius sum effectus. Quamobrem nomen hoc amoris minime formidemus.

ℭ Neq; nos ulla perturbet oratio ab hac appellatione deterrens. Mihi sane uidenẽ theologi cõmune quidem arbitrari dilectionis amorisq; nomen: sed propterea diuinis amorem ipsum uerũ potius assignare ut istiusmodi hominũ absurdã præsumptionẽ feriantur. ℭ Cũ eñi uerus amor non solũ a nobis sed etiã a diuinis eloquiis quemadmodũ diuinitatem decet celebretur/uulgus tamen uniforme illud appellationis amatorie capere minime potens suo quod amore ad particularẽ corporeũq; atq; diuisum amorem est plapsum. Qui profecto nõ uerus est amor. Sed imago quædã: uel potius ab amore uero ruina. Vnitas enim ipsa diuini uniusq; amoris a uulgari

multitudine comprahendi non potest/quamobrem quod multis nomen uidetur ingratius/in diuina sapientia ponitur/ad illos erigendos atq; prouehendos in amoris ipsius ueri notitiam. Atq; ut inde minus amoris appellationi succenseant. ¶ Inter nos autem ubi abiectiores ingenio non nihil obscenum suspicari nonnunq̃ possint/uocabulo quod uideatur honestius scriptura utens inquit. Cecidit dilectio tua sup me/sicut dilectio mulierũ.

¶ Virtus amoris est unire duo in uno quodam tertio. copulare inuicem. cõmiscere ad nouum aliquid inde conflandum. ¶ Marsilius.

t Ria cõsiderauim⁹ in sole. Primo qdẽ natura. Secũdo lucẽ naturalẽ. Tertio i luce naturali uirtutẽ calefactoriã. ¶ Tria ferme similiter cogitam⁹ in deo. Nã in bonitate diuina. i. ptãte fecũda itelligẽtiæ lucẽ/tanq̃ pulchritudinẽ ei⁹. In hac rursus amorẽ quasi calorẽ. hic igit amor in bono pulchroq; cõsistẽs diligit oĩa nõ aliũde pẽdens: sed boni pulchriq; sui ppagãdi cõicandi imitãdi gratia. Hinc quoq; rebus inde creatis accẽsus est amor: bonũ pulchrũq; desiderãs: sed bonũ qdẽ suauiter: pulchrũ uero ad modũ uehemẽter. Dicit autẽ amor unire/cõnectere/cõmiscere. unire qdẽ duo quædã in uno quodã tertio utriusq; cõi. Quatenus. n. animi duo amẽt idẽ ipsum diuinũ bonũ pulchrũq; qđ est ipsa unitas in hoc ipso sunt unu3. Rursus quãtũ alter diligit alterũ inuicẽ cõnectunt. i. uolũtate & actiõe mutua copulant. Deniq; mirifice cõmiscẽt. Neq; nũc qdẽ de coitu uenereo loqmur: sed de naturali quodã & occulto mirabiliq; effectu/qui ex mutuo amãtiũ affectu sepi⁹ frequẽtato quãdoq; cõtingit. Sepe. n. hic mores/ igenia naturæ miscent: ut & alter i his trib⁹ alterũ imitet: & ex ppinquo utriusq; cõgressu/nou⁹/& iopinat⁹ cõflet effect⁹. Ad hũc ipm clã coꝝ spũ cõferẽte queadmodũ fieri solet ex coitu planetaꝝ. amor tãdẽ ẽ uinculũ uniuersi: si qdẽ iferiora cõuertit ad superiora/atq; uicissim/& equalia iuicẽ. ¶ Diony.

a Pud illos aũt q diuina recte audiũt nomẽ dilectionis amorisq; a sacris theologis in eadẽ potẽtia ponit: ubi exprimere diuina conant est aũt hæc ipsa uirtus quædã unifica & cõneptẽs mirificeq; cõmiscẽs: in ipso quidẽ pulchro bonoq; ppter pulchrũ bonũq; primo cõsistẽs: deinde uero ex pulchro bonoq; ppter pulchrũ atq; bonũ foras emicãs. Vbi sane quæ sunt eiusdẽ ordinis/alterna cõtinet cõmunione. Priora uero ad inferiorũ puidentiã mouet. Inferiora deniq; cõuersiõe quadã supiorib⁹ alligat.

¶ Amor impellit amantem in amatum se trãsferre Motionumq; & actionum omnium est principium. ¶ Marsilius.

c Ognitio & amor hoc inter se maximæ differũt. Quod rẽ qdem externã cognoscimus pro rõne formæ imaginisq; rei/quã intus ipsi

iam habemus. Atq; ad hanc in primis aciem mentis intendimus amamus aũt qđ bonũ iá iudicauimus pro natura ipsius boni eaq; qualis in seipsa est frui ꝓrsus appetimus. Quáobrẽ amor dicit in amãte extasim facere .i. excessum quẽdã quo quasi extra se traducit in amatũ. Cũ igit cognoscẽdo quidem quasi rẽ cognitã ad nos trahamus amãdo uero uicissim trahamus uidelicet nos ad ipsam nimirũ inferiora qdẽ satius est cognoscere q̃ amare: superiora uero p̃stat amare q̃ nosse. ❡ Quod igit physici tradũt motus actionesq; oẽs ab inclinatione siue naturaliter insita seu qũo uis infusa / ꝓcedere qua cessante desinit stati mot⁹ simul & actio possum⁹ amori ꝓrsus accomodare. Inclinatio ení eiusmõi nihil aliud ẽ q̃ amor. Amor igit actionũ oĩum ẽ pricipiũ. Vt & supiora iferiorib⁹ abũde ꝓuideãt. Et iferiora supiorib⁹ se tota deuoueãt. Et eq̃lia affectu quodã atq; cõmertio se iuicẽ cõplectant. Dio.

p Reterea diuinus amor excessum efficit. Dum amantes sui iuris esse non sinit. Sed amatorũ iubet existere. Idq; declarant omnia. Nempe superiora inferiorum prouidentie sese dedunt. Equalia uero cõseruationi mutue mancipare se solent. Inferiora deniq;. Diuinæ cuidam ad supprema cõuersioni seipsa deuouẽt. Quapropter & Paulus ille magnus diuino amore iam occupatus: traductoriaq; amoris huius uirtute compræhensus ore diuinitus afflato proclamat uiuo iam nõ ego uiuit autem in me Christus. Tanquam uelut amator. Atq; in deo ut inquit extra se positus: uiuensq; iam uitam non suam sed amatoriam: tanquam prorsus amabilem.

❡ Deus amore facit omnia. adest omnibus ac prouidet. ❡ Marsilius.

ſ Ol uisibilis imago dei neq; per occultã naturã neq; per manifestã lucẽ naturalia generat: nisi accesserit calefactoria uirtus & motio calorẽ ꝓferens. Sil'r deus neq; naturæ neq; itelligẽtiæ necessitate res ꝓcreat: sed potius uolũtatis actu & amãte ꝓpriã bonitatẽ: & sic eligente / cõmunicationẽ eius in ꝓcreãdo. Amor ergo diuinus reꝝ oĩum est principiũ. ❡ Quoniã uero hic amor a bonitate pulchritudineq; prima sũmens exordiũ / reuertit i eãdẽ / merito semp amor oĩs ad bonũ pulchrũq; dirigit. ❡ Et si ad sũmã dei simplicitatẽ ptinet / ut in seipso cõsistẽs sit ab oĩbus mirabiliter segregatus tñ ꝓpter beneficũ amorẽ bonitatis ꝓprie diffundende / quasi procedit ex se in oĩa. Adest oĩbus p̃sentissimus. Diligentissime prouidet. Quoniã uero sua q̃sq; amat / ac maximæ dei sunt oĩa / nimirũ amãs oĩa plurimũ ꝓuidet oĩbus. Videt quoq; Zelotes. Nã more Zelotũ nõ leuiter diligit: sed uehementer amat & explorat accuratissime singula. Vult etiã quasi Zelotes ita singulariter amare atq; redamari: ut solus ipse sua reuera amare putãdus sit. Solus reuera sit amãdus / Zeloq; p̃ceteris obseruãdus. ❡ Deus

deniq; non sicut nos/quæ uult ideo uult quoniã ipsa in se sint bona. Sed cõtra/quia uult ipse/sunt bona. Quoniã amat/sunt amanda/ item quoq; Zelotes obseruantur amat nequando deficiãt. Præterea quoniam ita curat/ hæc (ut ita dixerim) sunt Zelanda idest cura quadam studioq; sunt digna. Inter hæc amorem esse magico cuidam illicio ductuiq; uel raptui similem ex Dionysii uerbis percipere licet. Quod in symposio disputamus.

Beneficius amor quasi deum allicit ut extra se per omnia diffundatur. Et cælo quodam omnia curet. Dionysius.

Pudendũ quoq; id insuper pro ueritate loqui. Ipsum etiã oĩum auctorẽ pulchro bonoq; amore oĩum ꝑpter bonitatis amatorie uehementiã extra se prodire dum prouidet oĩbus. Atq; bonitate & dilectione & amore quasi mulcetur: atq; ex illo statu / quo super omnia exstat ab oĩbus segregatus/ad id profecto ut in oĩbus sit/deducitur. Per supersubstantialem uidelicet uirtutem illã: quæ traducit quidẽ ipsum interim a seipso nusquã digredientẽ. Quãobrem diuinarũ reꝝ periti zelotẽ illũ appellauerũt: ut amore benigno erga oĩa ꝑrsus exuberantẽ: excitantẽq; ad amatorii desiderii sui cælũ: desideriũq; ipsum declarantẽ cælo dignũ. Quo etiã quæ desiderabilia ipsi sunt promerentur & cælũ. Atq; ipse ad illa quæ prouidet cælo quodam uidetur affectus. Deniq; ipsum quod est amabile ipseq; amor/ pulchri boniq; est: & in pulchro bonoq; priorem habet sedem: existit efficiturq; propter pulchrum atq; bonum.

Qua ratione deus appelletur amor. Qua rursus amabilis. Et quomodo amor/tũ in deo/tũ extra sit motus aliquis circularis. Marsilius.

Principium uniuersi appellat̃ diligibile quidẽ quia bonũ: amabile uero/quia pulchrũ. Pulchritudo enim acrius q̃ bonitas cõcitat appetitũ. Quãobrem ab bonitatem spectat tẽperata dilectio. Ad pulchritudinẽ pertinet amor/ nesciens tenere modũ. Præterea deus appellat̃ amor: tũ quoniã amorẽ in oĩbus ꝑcreat: sicut a Peripateticis nominatur in sole calor: quoniã caloris est causa: tum etiã quia seipsum amat. Est igitur pœnes deũ/amans/amor/amatũ. Qua quidẽ rõne est amabile/mouetur. Qua uero amans quasi mouet̃ qua deniq; seipsum amãs; quodãmodo a seipso mouet̃. Qua rursum amor est/existit & motus. Motus inq̃ quo. deus se amãdo quasi circulo reuoluitur in seipsum. Profecto nisi cõsideraremus in deo rationem eiusmodi/qua se contemplatur/& amat interim contemplãdo/ultra unitatem naturæ diuinæ nullam ibi distinctionẽ iueniremus. Amor igitur ille cõtemplatiuus & expressio sui dicitur: & uidetur in multitudinem quandã ab eximia unitate procedere. Simplicitatẽ tamen interea

cõseruare. Permanet enim semp in eadẽ unitate naturæ. Appellaẽ & actio per se mobilis per se operans. Non enim aliunde dependet q̃ ab intima sui forma. ¶ Primus amor pœnes primũ bonũ ex ipso in ipsum circulariter se reuoluens. Hoc suo quasi motu calorem accendit omnibus amatoriũ / in orbem similiter reuolutum. Amor enim ubiq; a primo bono tanquã principio prodit. Item in bono unicuiq; proprio sedem habet. Rursus ad bonũ uniuscuiusq; suũ tanquã ad finem propinquiorẽ aspicit. Deniq; ad primũ omnibus cõmune bonum tanquam ad ultimum finem prospicit cunctis communiter expetendum. Motus igitur amatorius per actum orbicularẽ principio fineq; carentem / infiniti meruit cognomentũ. ¶ Dionysius.

q Vid uero Theologi sibi uolunt? Cũ aliquando quidem deũ amorẽ dilectionẽq; uocant. Aliquãdo uero amabilẽ / atq; diligibilẽ nominant. Sane alterius quidẽ causa est: ac ueluti productor & genitor. Alterum uero ipse deus existit. Rursus altero quidem mouetur. Altero uero mouet. Quippe: cũ ipse sui sibiq; sit prouector / & motor. Hac utiq; ratione diligibilem ipsum nominant / & amabilem tanquã pulchrũ atq; bonuȝ. Amorẽ rursus dilectionẽq; cognominãt / ꝓpter uirtutẽ eius mouentẽ prouehementemq; ad seipsum. Quippe: cum solum id sit per seipsum pulchrũ atq; bonũ. Itẽ propter quãdam sui ipsius per seipsum expræssionẽ. Eminẽtissimeq; unitatis benignã processionẽ: motumq; amatoriũ simplicẽ se mouentem per se operantẽ: præcedentem quidẽ in ipso bono: atq; ex ipso per omnia procedentẽ: rursumq; ad bonum se reflectentẽ. In quo sane munus suum fine principioq; carens præcipue diuinus amor ostendit. Tanquam circulus aliquis sempiternus propter ipsum bonum / ex bono in bono / ad bonũ reuolutione quadam nequaquã errante se glomerans. Et in eodem / atq; secundum idem progrediens semper / & manens / & deniq; restitutus. Hæc inclitus quoq; noster in sacris litteris institutor diuinæ admodum in amatoriis / hymnis exposuit. Quos profecto cõmemorare fas est / & tanq̃ sacrum: quoddam caput apponere nostro de amore sermoni.

¶ Amores quinq;. primus ideo. secũdus in angelo. tertius in intellectu animæ. quartus in parte animæ inferiore. quintus in natura. ¶ Marsilius.

u Bi Dionysius una cũ Hyerotheo ꝑceptore amorẽ uim appellat intellige motũ intimũ efficacemq; ad uiuendũ & cõmiscendũ. Quid aũt sit unire cõnectere cõmiscere in superiorib⁹ exposuimus. Amores uero quinq; in præsentia numerat. Primũ quidẽ diuinũ. Quo seipsum deus amat: amatq; alia se amãdo. Ex hoc primo amore / ex quo accenduntur oẽs / factũ est / ut unumquodq; quodãmodo prius seipsum q̃ cætera diligat.

Secundum amorem in angelo se amante/deumq; & reliqua. Tertiũ in parte aiæ nostræ ĩtellectuali. Intelligibilia diuinaq; uenerãte. Quartũ in parte aiali ad discursionẽ & imaginationẽ sensumq; ptinente. Quo uel sensibilia simpliciter affectanť/uel intelligibilia sensibiliter diliguntur. Quintũ in natura.i.uel in potẽtia uniuscuiusq; aiæ uegetali uel in certa quadã cuiuslibet corporis qualitate ubiq; cõsentanea quædã pro uiribus asciscente. Hinc ortus est & famelicus amor ad solidũ & sitibundus ad liquidũ. Amor in foliis & floribus ad calorẽ. In radicibus ad humorẽ. In leuibus ad circũferentiã. In grauibus ad mundi centrũ. In paleis ad succinum. In magnete ad ferrũ. In igne ad humorem aeriumq; atq; pinguem. In qua quidem obseruatione Platonici magnorum machinas existimant adinuentas. Mittamus magiam deniq; si amorem uniuerso substuleris/neq; superiora inferioribus prouidebunt. Neq; inferiora se superioribus commendabunt nec quæ eiusdem ordinis sunt communionem mutuam exercebunt.

¶ Hyerothei sctissimi ex amatoriis hymnis. ¶ Dionysi⁹. & Hyerotheus.

a Morem siue diuinuȝ/siue angelicũ/siue intellectualẽ/siue animalẽ/siue naturalem diximus/uim quandã intelligamus unificã atq; cõmiscẽtem. superiora quidẽ mouentẽ ad inferiorũ prouidentiam. Rursum quæ sunt eiusdem ordinis ad cõmunionem mutuam adortãtem. Inferiora tandem reuocantem/ut ad sublimia conuertantur.

¶ Amores omnes referuntur ad duos. Duo ad unum. ¶ Marsilius.

a Ntequã amatorias uires/quæ sũt cõplurime/ad unũ primũq; amorem referat/oẽs in capita duo ritu Pythagoreo colligit alienamq; amatorie uires sunt mũdane. Alie uero mũdo superiores. Mũdane rursum gemine sunt. Alie aiales. alie naturales. Superiores itẽ mundo sunt gemine. Alie qdẽ intellectuales. humanæq;. Alie autẽ angelicæ sunt atq; diuinæ. Mũdanis intellectuales præsunt. Intellectualibus autẽ angelicæ. Angelicis tandẽ amor ipse diuinus. Hic autẽ in ipsa primi boni luce pœnes se micãte mirabiliter intus accensus/mox quasi foras emicat: uariosq; per uaria spirat amores. Oĩa deniq; passim amãtia/in forma quauis amanda primam consequenter amãt: formarum amorũq; omniũ principiũ atq; finẽ.

¶ Dionysius & Hyerotheus.
Ex eisdem hymnis.

h Actenus multos amores ex uno pendentes disposuim⁹: diximusq; deiceps quales sint notiones uiresq; amorũ/tum mũdanoꝝ/tũ mũdo superiorũ. Quibus sane mundanis secundũ designatã orationis intentionẽ præsunt ordines ornatusq; intellectualiũ intelligibiliũq; amoꝝ.

Super eos autē extāt ipsi per se itelligibiles atq; diuini amorꝝ ibi reuera pulchrorꝝ. A nobis pro uiribus ꝓpria sunt celebrati. ¶ Nūc iterum resumētes oēs in unū & cōglobatū amorē amorꝝ oium patrē colligamꝰ simul atq; cōgregemꝰ. Prio qdē ex multis in duas cogētes amatorias uires uniuersales. Quas qdē oēs cōtinet regitq; absoluta totiꝰ amoris cā pœnes pricipiū oia supeminēs. Ad quā cōtēdit pro cuiusq; natura uniuersus reꝝ oium amor.

¶ Vis amatoria ex primo bono luminis instar per omnia ꝓfluit/ refluitq; circulariter in ipsum bonum.

¶ Marsilius.

e Adē uidet̄ esse lux/qua sol & lucet intus/& foras emicat: emicāsq; illuminat oīa. Eadē rursus qua oia hæc illuminata: tū in seipsis nitēt/ tū trāsuerso radioꝝ iactu refulgēt in alia: tū etiā recto quodā proiectu remicāt erga solē. Vbi sane Plotinus excogitat/ipsummet solis lumē ex sole ꝑpetue depēdere/comitariq; solē ubiq;: ac uersus solē undiq; se reflectere. Silr qm̄ deus est ubiq; amor quoq; quo deus seipm̄/aliaq; diligit: ē ubiq;. Dum uero seipsum aliaq; amat/amorē cūctis accēdit: quo seipsa deū/ & alia diligāt. Accēdit autē amorē hūc oībus/uel extremis gradibus uniuersi: qñ quidē ipse pariter est ubiq; & oia diligit. Vniuscuiusq; uero amor rōne tā necessaria pēdet ex primo/quatenus illinc orit̄ & cōseruat̄ atq; mouet̄: ut unica quædā uis amatoria uigere uideat̄ ubiq;: ex primo qdē bono suspensa & in seipsa residēs sicut lumē in sua passim puritate cōsistit/nullis immixtū reflexa deniq; in primū bonum: luminis instar: quatenus oīa in bono quouis amādo/primū cōsequēter optat: bonorū oium bonū. Sicut autē solaris radius ubiq; uirtute uigens/nō tam efficit/ut omnia ubiq; luceāt/ q̄ ut omnia quodāmodo caleāt/uiuantq; multa calendo potiusquā lucendo: sic ad bonū ubiq; presens/non consequitur: ut singula cognitionis eius sint capacia: sed amoris. Omnia enim semperq; bonū ipsum amant / cognoscunt uero uix tandem q̄ paucissima. Amor igitur ad cōsequendum bonum/ hauriendāq; inde uitam/magis amandū est necessarius q̄ cognitio. Quāobrem radiorū illa cathena in superioribus introducta quæ appræhensa supplicantem trahit ad bonum: est amor potiusquam inuestigatio diuinorum.

¶ Dionysius atq; Hyerotheus.

Ex eisdem hymnis.

a Ge iam/has iterum colligentes in unum dicamus unam quandam esse simplicemq; uirtutem seipsa mouentē ad unificam quandā cōmistionē/ex ipso bono usq; ad extremū uniuersi: ab eoq; rursum deinceps per oia ad ipsum bonū/ex seipsa/& per se & in seipsa semet in circulum reflectentem: atq; in seipsam semper eodem modo se glomerantem.

¶ Materia est inferior ente: Deus ente superior. Cum materia bonum appetat/ multomagis reliqua bonũ optãt. Itẽ de malo demonũ. ¶ Marsili⁹.

.q Vemadmodũ alibi diximus res unaqueq; esse possidet in hac specie aut illa/ per hanc formã aut illã. Ipsum ergo simpliciter esse: simpliciter est per formã. Quapropter materia cum per se careat omni forma/ merito nec propriũ habet esse: sed mutari uidetur a formis: nec ipsum sibi aliquãdo uendicare. Sẽper enĩ sub speciei alicuius esse latet: hoc iterum amissura. Dicitur ergo nõ ens: sed ente deterior. Deus quoq; non ens: quia uidelicet nulla definitus est forma. Sed ente superior. Quoniã auctor est formarũ. ¶ Et si naturales inclinationes ad certos quosdã terminos cõtendentes in ipsis rerũ formis sedem habent: seu inclinatio quidẽ ad centrũ in grauitate/ sed ad circũferentiã/ in leuitate: inclinatio tamẽ ad omnẽ terminum pariter atq; formã/ nõ potest in aliquo formali sed potius iformi formabiliq; cõsistere. Inclinatio igit̃ ad formas quaslibet in materia est ipsa materiæ formabilitas procliuior ad formã quãlibet q̃ sulphur ad ignẽ. Materiæ igitur expositio tam prompta uel agilis ad subeũdas formas imagines primi boni/ est naturalis quædam appetitio boni. Cũ igitur nõ ens eiusmodi quod fingitur umbra quædã cõfusa boni necessario bonũ appetat: multomagis ens quodlibet quod per formã est imago quædã boni bonũ appetit. ¶ Inter hæc ambigitur/ utrũ demones a deo rebelles bonũ diligãt necne: & qua ratione sint mali. Quid ue malum sit/ & in quo/ & unde: & quomodo prouidentia dei/ malũ permittat alicubi. ¶ Appellat Dionysius malorum demonum turbã prosylon idest procliuem ad materiã/ addictam ue materiæ. Siue aeria quædã mystaq; corpora post peccatũ demones sint induti/ quod Platonici cõprobãt & Greci theologi non negabũt. Siue ad materialeʒ (ut ita dixerim) cultũ afficiant̃/ animosq; alliciãt ad materiã. Quod etiã Platonici cõfitẽtur. Putat uero Dionysius/ sicut omnia bona ex primo bono proficiscunt̃: sic omnia mala scilicet nostra ex p̃rimo malo demonuʒ depẽdere. ¶ Plotinus una cũ Platone ipsam simpliciter malorũ originem esse uult materiã. Malorũ uero nostrorũ inclinationẽ animæ ad materiã: siue ex seipsa: siue incitamẽto demonũ pronior ad hãc euadat. Sit igit̃ uel materia: uel mutatio quædã in demonibus aut animis accidẽs/ origo maloꝝ/ dum modo non sit principiũ malorũ efficiens: sed deficiens. Ipsa uero materia propriæ neq; bonũ est: neq; malum. Nõ quidẽ reuera bonum. Ratio nãq; boni est/ cuius gratia sit aliquid aut fiat. Nullius aũt materiæ gratia est anim infimũ. Itẽ neq; reuera malũ. Cũ sit ex bono: boni auida. Sed necessarium proprie nominatur. Cũ sit tantũ gratia cæterorũ sitq; inchoatio ne-

cessaria. Videt ergo eiusmodi necessariũ itẽ bonũ malũq; mediũ obtinere.

¶ Cum omnia bonum appetant / cur demones nõ diligunt ipsum bonũ. Item unde demon malus. Quid ue malum sit & unde. ¶ Dionysius.

d Ixerit forte quispiã: si pulchrũ bonũq; omnibus est amabile / desiderabile diligendum / appetit enim ipsum id quoq; quod non ens appellari solet (ut est dictum) cõtenditq; quodãmodo in ipso esse. Ipsum bonũ est: quod etiã informibus formã facit. Atq; in ipso nõ ens ratione quadam super essentiali dicitur / & existit. Quonã pacto turba demonũ pulchrum bonumq; non desiderat? Sed materiæ dedita: & ab angelica circa boni ipsius desiderium / identitate / delapsa / malorũ omniũ causa / & sibi ipsi / & aliis quæcũq; deprauata sunt / dicit̃ extitisse. Quo rursus modo demonica gens ex bono ꝑfecta / speciẽ boni nequaquã præfert? Aut quomodo bona ex bono facta / mutari potuit? Et quid nam ipsam reddidit malam? Et omnino quid est malum. Et ex quo initio substitit. Et in qua rerum est. Item quo modo deus ipse bonus / malum facere uoluit: aut uolens potuit. At qui si ex alia causa malum trahitur / quæ nã alia rebus causa est præter ipsum bonũ. Deniq; cum sit prouidẽtia / quonam modo malum est. Aut omnino fit, aut certe non tollitur. Et quo pacto aliquid ipsum dimisso bono desiderat.

¶ Malum nec habet efficientem causam: nec ipsum est causa efficiens: nec est aliquid ipsa essentia malum. Item quomodo non ens dicatur de malo. Quomodo de primo bono. ¶ Marsilius.

c Vm naturalis intentio agentis cuiusq; sit aliquid simili sibi pro uiribus generare / & quo quæq; causa magis est particeps bonitatis: eo magis possit sibi similia procreare: cõsequẽs est / ut ipsum bonũ / facillimæ similia sibi & ualeat & uelit efficere. Malũ uero bono dissimillimũ est atq; repugnãs. Malũ igitur nõ fit ex bono. ¶ Sed neq; malum efficit & generat aliquid. Efficere eni atq; seruare propria est ipsius boni ratio. Nequit autẽ esse / & ratio mali repugnãtis bono. Immo ratio mali cõtraria est rationi boni scilicet perdere. Malũ igitur nullius rei causa est efficiens. ¶ Hinc sequitur ut malum nec ex malo sit tanquam ab efficiente causa: nec etiã ex ipso primo bono. Immo neq; ex quouis bono. Vnaquæq; enim res tunc maximæ generat / quãdo maximæ in natura sua bene se habet. Ratio igitur generandi efficiendiq; bonitas ipsa est. Cũ itaq; unumquodq; qua ratione bonum est / eadem & naturaliter agat / sequitur / ut bonũ faciat. Malum igitur nõ fit ex bono / qua bonum. Quãobrem cũ malum: nec ex bono: nec ex malo tanquã ab efficiẽte Causa fiat / nec ipsum insuper tanquã efficiẽs agat aliquid: merito / nec efficiens causa est / nec efficiẽtis effectus. ¶ Præterea quic

quid est ipsa sua essentia tale/est etiam tale totum. Atq; cõuerso. Sicut quod per essentiã calidũ est calet/ utiq; totum. Si quid ergo fingatur seipso idest secundum essentiam malum omnino malum est futurum. atq; uicissim. Non potest autem esse per essentiam malum. Quoniam esse tanquam bonum naturaliter omnibus est optabile. Igitur non omnino malum. atq; cõtra nulla res potest pœnitus esse mala. Cum enim malum significet defectum atq; pernitiem; nihil erit essentiæ reliquum/ubi malum integrum cõfingetur. Non est igitur malum aliquid per essentiam. Itaq; quod malum dicitur/si quid modo est/ipso quidem suo esse/bonum est. Malum uero per accidẽs scilicet per defectum. Quo uidelicet a bono quodam deficit. Quod quidem expediret ad esse. Proinde naturalis entium omnium/& agentium appetitio contendit ad bonum: & tanquam ad principium/quod appetitũ mouet: & tanquam ad finem: in quo appetitus deniq; conquiescit. Ad malum igitur/qua ratione malum nullus intenditur appetitus. Malum ergo uicissim/qua malum affectare non potest bonum. Itaq; siquid fingatur ipsa sua essent ita malum: id tanquam boni omnino contrarium non desideraret bonum. Sicut nec ipsa siccitas humorem expedit peremptorem. Quãuis subiectum olim humidum humore iam exhausto/ pristinũ affectet humorem. Eadem ferme ratione res aliqua per naturam quidez bona/ per defectum uero aliquem mala/bonum optat. Non licet ergo fingere quicquã ipsa essentia malum. Siquidez quicquid in essentiæ ordine computatur/bonum expetit. Fictum uero illud nequit desiderare bonum. ¶ Proinde/ q̃ omnia per appetitum conuertantur ad bonum/argumẽto nobis est ex bono entia omnia processisse: ideoq; bonum esse uniuerso ente superius. Præsertim cum esse nõ simpliciter appetatur: sed ratione boni. Quemadmodũ uero quod est super entia corporea/non est corpus: sed toto genere corporeo melius: ita quod est super entia/non est ens: sed ente toto præstantius. Iam uero ubi de hoc dicimus non ens/hoc ipsum ibi est ens. Idest negationem illam in affirmationem quandam mente resoluimus: dicendo nõ ens uidelicet superius quiddam ente: principiumq; entis totius atq; finem. Cõtra uero quando de malo non ens prædicamus/in negationẽ id resoluimus idest in quendã essendi defectum. At qui malum non est appellãdum ens. Adeo scilicet ut qua ratione est ens/eadem sit & malum. Si ita est/ nõ omnino malum esse potest. Neq; rursus cognominandum non ens scilicet simpliciter extra omnẽ entis conditionẽ. Sic enim nulli noxiũ foret/ nulli malum. Præterea nusquam ponere possumus omnino nõ ens/ nisi ponamus in ipso bono. Quatenus nullũ deus ens est; sed totius entis causa/totoq; su-

perius. Deniq; bonum ipsum non solum est altius ente quantumlibet excel so: sed etiã est sublimius/quolibet nõ ente si forte non ens fingat quomodo libet ente superius. Malum uero (sicut diximus) neq; est in ente ullo/qua ratione est ens. Hac eni ratione bonũ est/& optandũ. Neq; pro fundamento potest habere/quod nihilũ simpliciter nominatur. Nihilũ eni nõ potest fingi malũ. Idest aduersum alicui/aut mancũ. Sed fundamẽtũ habet ens aliqđ atq; bonũ. In quo uidelicet est aliqs bene se habẽdi defectus. Defectus autẽ eiusmodi longius discrepare uidet a nihilo q̃ a bono. In bono eni tanquam substentaculo quodam/iacet/nõ in nihilo. Et quoniã malum semper alteri cuidã inherere putatur: quod autẽ nihil cogitatur/nõ ita fingitur: inherere uero a substantia est alie[illegible] ideo malum fertur habere conditionem quandam a substãtia diuersam/ potiusq̃ quod nihilũ appellatur. Est & alius textus significans malum magis discrepare a bono q̃ nihilum/ac similiter ab essentia. Id ergo sic expones/malum ledere bonum essentiaq; posse. Quod uero fingitur nihilum/omnino ledere nihil posse. Cum eiusmodi textu cõsentit Proclus in libro de malo. Dionysius.

h Aec forsan dicat eiusmodi disputatio dubitans. Nos autẽ admonebimus dubitantẽ: ut rerũ aspiciat ueritatẽ. At qui hoc primũ audebimus dicere. Malũ ex ipso bono nequaquã existere. Ac si ex bono sit nõ esse malum. Non enim ignis est frigefacere: nec boni facere nõ bona. ¶ Præterea si quæ sunt/oia ex bono procedũt natura eni boni est producere atq; seruare. Mali uero perdere atq; dissoluere/profecto nullũ existentiũ est ex malo. At qui nec ipsum malum erit. Siquidẽ seipso sit malũ. Atq; nisi ita sit/nõ omnino malum erit malum. Sed boni portionẽ quãdã/ per quã sit habebit. Itẽ si quæcũq; sunt pulchrũ bonũq; petunt: & quicquid agunt ꝑpter id quod uidetur bonũ faciũt/omnisq; rerũ intentio bonũ spectat/ut principiũ atq; finẽ: nihil eni mali naturã spectans facit quæ aggreditur facienda. Quonãmodo in ordine rerũ erit malũ? Aut quo pacto in rebus oĩno est aliqd: cũ huiusmodi bono appetitu sit destitutũ? ¶ Rursus quæcũq; sunt ex ipso bono dependẽt: ipsumq; bonũ entibus est superius: siqdẽ in bono etiã quod nõ ens dicitur/ens existit. Malũ uero neq; ens est. Propterea nec est oĩno malũ. Neq; rursus oĩno nõ ens. Nihil eni erit ipsum quod dicit omnino nõ ens: nisi per rationẽ quandã ente superiorẽ in ipso bono dicat. Bonum itaq; & ipso simpliciter ente & ipso non ente multo prius in seipso cõsistit. Malũ uero neq; in his quæ sunt/neq; in his quæ nõ sunt existit. Sed & ab ipso nõ ente alienius est & distãtius q̃ a bono: minusq; habet substãtiæ rationem. Legit aliter. Sed & magis q̃ non ens/ a bono & essentia dessidet.

¶ Quæ dubia contingant si dicatur malum nihil esse. ¶ Marsilius.

Via malū negauit habere essentiā/eiusmodi dubitationes incidunt
q Virtus ac uitiū cōueniunt in genere quodā qualitatis ad animū ptinentis/neq3 differre inter se posse uidentur nisi in eo q̄ qualitas illa quidē bona est/hæc aūt mala idest quoniā illā uoluptatē reddit bonā hæc uero malā. Igitur si malū non est/nō erit aliquid/ quo differat uitiū a uirtute. Idē igitur esse uidebitur. ¶ Itē nisi malū quicq̄ sit/sequit̄ ut uitiū quod uirtuti bone repugnat/nō sit malū. Pugnat certe nō solum iniustus homo cōtra uirū iustum/ sed etiā iniustitia cōtra iustitiā. Imo uero ex hoc ipso quod duo hi habitus cōtrarii sunt/prorsus euenit ut homines his prædíti inuicē sint cōtrarii. Cōtraria quinetiā est perturbata sensus motio ad statum rationis natura tranquillū. Quod si status eiusmodi bonus est/motio hæc a statu cadēs/mala iudicāda uidetur. ¶ Præterea sub ipso bono in longissimā rerū graduūq3 distantiā fit progressus. Quod uero nimiū distat a bono accidit fore malum. Præsertim quia uidemus per hæc admodū discrepātia/ bona nōnunq̄ sublimiora multifariā impediri. Quod autē longissime distans a bono bonum impedit necesse est contrarium esse bono. Idipsum uero nō iniuria malum cognominabimus. Iā uero cū necessariū sit aliquid bono tādem contrariū euenire quod & Plato in libro de sciētia inquit/ neq3 id utiq3 bonū sit/cōfert eni bonū bono. Neq3 etiā sit aliquid minus bonū/qua ratione bonū/necesse est esse malū aliquid/quod bono sit reuera cōtrariū. ¶ Deniq3 siquis dixerit malū nihil aliud existimari nisi quendā essentiæ interitū responderi poterit malum nō propterea ex ipso rerū ordine tolli siquidē corruptio aeris ad generationē essentiamq3 ignis necessaria est & cōferens uniuerso. Ideoq3 & esse aliquid & posse non nihil. ¶ Dionysius.

Ixerit ergo aliquis/unde nam igitur erit malum. Nisi eni malū sit.
d Virtus ac uitiū erit idē:uniuersale uidelicet uitiū idē erit/ q̄d uniuersa uirtus. Particulare similiter idē quod uirtus particularis. Aut saltem quod uirtuti aduersat̄/ nō erit malū. Cōtraria p̄fecto tēperātie intēperantia est/iustitieq3 iniustitia. Neq3 tamē dico iustū hominē & iniustū. Rursumq3 tēperatū atq3 intēperatū inuicē dixidere/ uerū etiā ante foris apparētem probi uiri ad improbū discrepantiā in ipso animo a uirtutibus oīno uita distant & ratione motus dissidēt perturbati. Propterea necessariū est cōcedere malum aliquid esse bono cōtrariū. Neq3 eni bonū sibimet repugnat. Sed uniuersum bonū uelut ex uno principio ductū/unaq3 causa genitū cōmunione quadā inuicē & unione & amicitia gaudet. Neq3 rursus quod minus bonū est/maiori bono contrariū est dicendū. Quia nec minus calidum

aut frigidum minus calido frigido ue repugnat. Malum igitur est in rebus: atq; est aliquid. Et ita dũtaxat est oppositũ cõtrariũq; bono. ℂ Cæterum si quis dixerit malũ esse ipsum rerũ interitũ. Nõ ꝓpterea cõuincet malũ in rebus oĩno nihil esse. Sed ita erit malũ quoq; ens aliquod tanq̃ cõferẽs ad entia generãda. Nõ ne sepe huius interitus generatio fit illius. At qui malum ita cõducet ad plenitudinez uniuersi: ipsi per se præstans/ne sit imperfectũ.

ℂ Malum qua ratione malum est/nihil generat: sed uirtute boni fit generatio. ℂ Marsilius.

q Vando aer extenuatur in ignem/interitus quidẽ aeris/quẽ malum dicimus nihil generat: sed uirtus ignis/aut solis/quæ bona est/ignẽ generat tanquã bonum. Nec fuit naturalis intentio uirtutis illius aeris formã perdere/imo formam ignis efficere. Abiit uero aeris forma dũ ignis forma succedit. ℂ Neq; putare debet quispiam malum atq; bonũ ratione quadam dũtaxat inter se differre. Nã & re ipsa discrepant. Generatio similiter/& interitus. Neq; malum esse potentiam quandam per se existentem: neq; quo quomodo potentiã: sed potius in potentiã. ℂ Dionysius.

a D hæc autẽ uera ratio respondebit. Malum qua ratione malũ est/ nullã essentiã/uel generationẽ facere. Solum uero deprauare/ atq; perdere quantum in ipso est/rerũ substantiã. Siquis autẽ ipsum generationis dixerit auctorem/propterea q; alterius pernitie/ præstet alteri genituram/respondendum est reuera: nõ qua ratione perdit: generationẽ aliquã elargiri: sed qua corruptio malũq; est uiolare solum/atq; deprauare. Generationẽ uero essentiãq; effici propter bonũ. At qui malũ per se quidẽ erit interitus. Auctor uero generationis propter bonũ. Et qua quidẽ ratione malũ est/neq; est ens neq; entiũ effectuũ. At ꝓpter bonũ/& ens est/& bonum auctorq; bonorũ. ℂ Imo uero neq; est quicq̃ secũdũ idem bonũ/ atq; malu z. Neq; rursus eiusdẽ est interitus/& generatio idẽ. Neq; qua cõditiõe malũ est/ eadẽ est/& potẽtia. Neq; quædã per se potẽtia/aut quidã per se interitus. Ipsum nãq; quod dicit̃ per se malum: neq; ens dicẽdum est/neq; bonum/neq; generationis effector. Neq; rerum auctor uel bonorum.

ℂ De gradibus bonorum. Quomodo per defectum boni contingit malum de potestate boni. ℂ Marsilius.

u Oluptas naturalis simul atq; libera in primo bono.s. deo cõstituit uarios fore bonorũ gradus atq; q̃plurimos. Ex quibus ordo mirãdus cõficeretur/sapientiæ præcellentis imago. Igitur post lõgum graduũ ductũ magis paulatim magisq; a primo bono distãtiũ malũ accidit: in nimio quodã uidelicet defectu boni. Angeli quidẽ pfectã nacti sunt par-

ticipationem boni animæ uero minus plenã. Minus quoq; cælestia corpora. Minus item inferiora q̃uis animato. Minus iterũ inferiora corpora carẽtia uita. Minime uero materia prima. Cum uero accidens sit debilius q̃ substantia. Ideoq; sit procliuius ad defectũ. Merito malũ prius cõtingit in accidente q̃ in substantia. Quamobrẽ defectus malũq; in anima nõ circa substãtiam eius/ sed circa accidẽtia potius uersari uidet. i. affect⁹ & motus & actiones. In corporib⁹ aũt inferiorib⁹ malum p̃ter accidentia attingit quoq; substantiã. Tanta uero est ipsius boni potestas/ ut etiã ipsa priuatio/ quæ reuera malũ cognominat in bono habeat firmamentũ. i. in essentia quadã/ quæ quidẽ perfectione aliqua priuata censet. Neq; ualeat quisq̃ repugnare primo bono nisi per uim aliquã uel motionẽ tandẽ ab eodẽ bono pendentem. Deniq; materia prima/ quam formis oĩbus natura sua priuatam fingim⁹/ ideoq; singulorũ bonorũ cogitamus exptem nõ est a bono pœnitus destituta quando quidẽ ab ipso dependet facillimeq; paret ipsi quocũq; formanti/ formasq; tanq̃ boni ipsius imagines auidissime uidet asciscere. ¶ Dionysi⁹.

Onum uero quib⁹ perfecte inest pfecta pura integra bona facit/ sed
b quæ min⁹ ipsum participant/ iperfecta bona sunt: hac ppter defectum boni/ permixta. ¶ Omnino quidẽ malũ nõ est ens/ neq; bonum/ neq; beneficum. Sed qđ magis aut minus propinquat bono/ pro ipsa appropinquanti mensura fit bonũ. ¶ Siquidem perfecta bonitas per oĩa se diffundens/ non solũ ad illas quæ sunt circa ipsam substantias optimas accedit: sed ad extremas usq; pcedit: aliis quidẽ summopere præsens/ aliis aũt inferiore quadã cõditione: aliis tandẽ infimo quodã pacto/ quatenus singula pcipere possunt. Iam uero alia bonũ prorsus participant. Alia uero magis minus ue inde degenerãt. Sed alia tenuiorẽ boni præsentiam sortiunt. Aliis deniq; uestigiũ boni cõtingit extremũ. ¶ At qui nisi bonũ unicuiq; p modo cuiusq; se pstaret diuinissimaq; & antiq̃ssima infimorũ ordinẽ obtinerẽt. Quonãpacto fieri poterat? Ut unica rõne singula bonũ participarẽt. Quippe cũ non oĩa sint ad exaptã participationẽ eius accomodata. Nunc autẽ hæc pœnes bonũ est magnitudo potestatis excedens/ ꝙ ipsa etiã quæ priuata sũt & ipsam priuationẽ sui corroborat/ secundũ participationẽ sui ubiq; pductã. Deniq; si oportet uera audentius confiteri/ illa etiam quæ repugnant bono/ ipsa boni uirtute & existunt & repugnare ualent.

¶ Ipsum bonum est super essentiam. Et quicquid cadit a bono decidit ab essentia. ¶ Marsilius.

f I ipsum bonũ cõpares ad ens uniuersum/ habet ad hoc principii rationẽ. Primo quidẽ quia qđlibet ens est boni particeps. Secũdo q̃a

priuatũ bono orbaẽ essentia. Non tñ ita se habet ad essentiá corporea q̃ uis qualitas uel uita uel itellectus. Nam & seorsum ab his esse quáplurima possunt. Tertio quoniá entia singula bonũ appetunt tanq̃ finẽ itaq; omniũ est principiũ. Vita quoq; & itelligentia se ad bonũ similiter habent. Primũ ergo principiũ omniũ nõ appellabis intelligentiá aut uitam. Tum quia duo hæc essentia indigent ut priore: tum qa bonũ expetũt/dum bene uiuere bene q; itelligere cupiunt. Tũ etiá quia non oïa uitæ uel itelligentiæ participia sunt. Rursus nec principiũ ipsum appellabis essentiá. Quippe/cũ hæc uitá & intelligentiá optet atq; bonũ. Est itaq; ipsum simpliciter bonũ sup essentiá. Quoniá uero est principiũ ac finis essendi/merito quaten⁹ quelibet a bono cadũt/eatenus ab essentia decidũt atq; uicissim. Quod quidẽ exemplo rerum naruralium moraliumq; apparet.

¶ Quatenus quodlibet destituiẽ a bono etiá priuaẽ essentia. Ita uitiosus homo quantũ rõnis bono caret/tantũ substantia caret. ¶ Dionysius.

Eterũ ut summatim dicá/quæcũq; sunt/qua rõne sunt/ eadẽ sunt &
c bona existuntq; a bono. Qua uero destituta sunt a bono/ neq; bona sunt neq; subsistũt. Nẽpe in cæteris qualitatib⁹ uelut in calore uel frigore ita se res habet/ut quæ calefacta fuerit etiá sup esse possint postq̃ calor illa deseruit. Pleraq; etiá sunt quidẽ tam & si uite & itelligentiæ sunt exptia. Deus quoq; semot⁹ est ab essentia & sup essentiali (ut ita dixerim) rõne cõsistit. Iá uero in cæteris simpliciter oïbus tũ habitu quo uis amisso/tum etiá nõ assumpto sunt tamẽ entia/& subsistere ualẽt. Quod aũt a bono pœnit⁹ destituiẽ/nimirũ nec usquá nec ullo pacto uel fuit uel est uel erit uel eẽ põt.

¶ Velut intẽperat⁹ & si bono caret p cõcupiscẽtiá rõnis expertẽ/ atq; p eádem neq; est ipse qdẽ neq; ulla q̃ reuera sint cõcupiscit/ iterea tñ est boni pticeps p tenuẽ quandá amicitiæ & unionis imaginẽ. Ita quin etiá est boni cõpos/quaten⁹ mouẽ appetitq; quæ mala uidenẽ/ ad id qđ uideẽ honestũ dirigere atq; cõuertere. At qui & ipse qui deterrimá uitá eligit. Propterea boni pticeps/iudicãdus est/ꝙ uitá desiderat & eá quidẽ/quæ sibi uideẽ optima Ac simpliciter ꝙ appetit/uitáq; desiderat/uitáq; optimá spectat ut finẽ. Iá uero si bonũ oïno substuleris nec erit essentia neq; uita nec appetit⁹ neq; motus/neq; aliud quicq̃. ¶ Ipsum bonum est principiũ finis/mensura oïs essentiæ. Item nusquá est quicquá oïno malum. ¶ Marsilius.

Es nulla (ut alibi diximus) qua ratione simpliciter est/ efficit opus
r aliquod: sed qua bene est/ beneq; se habet. Item non temere: sed boni sui gratia facit. Neq; appetit agere aliquid/ quod quidem sit simpliciter. Sed quod bene bonumq; sit. Hinc itaq; concludimus ipsum

bonum esse uniuersi entis efficiẽtem causam/ & finalem. Et quomodolibet essendi mensuram. Vt quo magis aliquid boni compos est/ eo magis essentiæ: minus ue/ quo minus. Quod quidẽ etiã inde constat quia quod gradatim minus bene se habet paulatim ab essentia cadit. Quasi essentia quælibet ab ipso bono dependeat. ¶ Potest quidẽ aliquid omnino bonũ existere. Aliquid autẽ omnino malũ inueniri nusquã potest. Malũ enim intelligimus ubi/ uel minima est: uel minor quam oportet participatio boni. Quæ quidẽ quodãmodo in essentia quadam fundamentum habet ubiq;. Vt cecitas in oculo/ morbus in uiuo. Quod si neq; sit oculus: neq; uiuens/ non erit alicubi cecitas/ aut morbus. ¶ Oppositũ igit̃ ipsius integri boni/ quod sane fingit̃ malũ ĩtegrum/ existit nusquã. Oppositũ uero alicuius boni sed est cecitas uisionis morbus ue sanitatis/ quo quõ reperit̃ alicubi. ¶ Dionysius.

QVod igitur corruptionẽ generatio sequat̃. Nõ est id quidẽ mali potestas: sed minoris boni præsentia. Quẽadmodũ/ & morbus/ defectus quidẽ est ordinis: sed non uniuersi. Si enim totus ordo desit: neq; morbus ipse subsistet. Manet autẽ: est quæ non nihil moribus/ quatenus essentiam habet minimũ ordinẽ. In qua sane uelut fundamẽto subsistit Quod enim uniuersi boni expers excogitatur/ neq; est aliquid: nec in existẽtibus reperitur. Quod autẽ mixtum est / id propter bonũ est in ordine rerum. Atq; secundũ hoc ipsum reperitur in rebus. Atq; est ens/ quãtũ est boni particeps. ¶ Imo uero quæ sunt omnia eatenus magis minus ue sunt/ quaten⁹/ & boni participia sunt. Iam uero/ & in eo quod esse ipsum dicitur quod nec usquã/ nec ullo modo ibi est: nec erit quidẽ usquã. Quod autẽ quodãmodo quidẽ est/ quodãmodo uero nõ nimirũ/ & quantũ ab eo decidit q̃d semper est sane non existit. Quantũ uero ipsius esse fit cõpos/ tantũ quoq; cõsistit. ¶ Atqui & simpliciter esse quod nõ ens censetur/ ab ipso quod semper pœnitusq; est ens/ cõtinetur atq; seruatur. ¶ Ipsum quoq; malũ ita se habet/ ut quod decidit prorsus a bono/ id neq; inter magis neq; inter minus bona sit futurũ. Quod uero quodãmodo quidẽ bonũ est / quodãmodo uero nõ bonũ/ aduersat̃ sane cuidã bono. Non aũt toti bono. At qui & ipsum participatione quadã boni regit̃ atq; cõtinetur. Nẽpe bonũ ipsum sua quadã participatione ipsam quoq; sui priuationẽ quadã quasi essentia donat. ¶ Profecto si bonũ prorsus abierit/ nec erit uniuersaliter bonum aliquod. Neq; mixtũ quicq̃. Neq; malũ ipsum. Si enĩ ipsum quod dicit̃ malũ est imperfectũ bonũ/ nimirũ per uniuersam absentiã boni/ & ĩperfectũ/ & perfectum bonũ abierit. tũc profecto dũtaxat erit apparebitq; malũ/ quãdo aliis quidẽ erit malũ quibus est cõtrariũ; ab aliis autẽ pendebit' distinctũ tanquã

bonis. Nequeunt enim eadem secundum eadem inter se in omnibus repu-
gnare. Malum igitur non potest existens aliquod esse.

¶ Malum nec est in rebus procedētibus a bono: nec in bono: nec ex bono. item si bonum malumq; sint duo contraria/ nequeunt uel ex se inuicem uel ex uno principio proxime proficisci. ¶ Marsilius.

P Robauit hactenus malum non esse ens ullū. i. (ut Paulo elegantius loquar) aliquid per se existens. Probat uero deinceps malū non ita esse in aliquo existēte ut pars eius uel qualitas cēseatur. Cū eni causa prima. i. bonū in omni effectu longe magis latiusq; agat q̄ cæteræ causæ/ nihil in aliqua re ad naturā eius ullo modo pertinens/ reperiri potest/ quod nō ab ipso bono ꝓcedat/ magisq; semper illinc dependeat q̄ aliunde. Præterea cū causa prima ad suam similitudinē in effectibus oībus absoluēdā sit causarū omniū potentissima/ concluditur quicquid naturaliter in aliqua re tanquam essentia uel pars uel qualitas/ uel actus eius est/ id omne tanquā efficacissimæ dependens & conseruatū cōprehensumq; a bono / nō malū esse sed bonū. ¶ Si consideramus ipsum simpliciter bonum/ cū hoc sit principium uniuersi/ nec solū faciat bona omnia/ sed etiā quæ forte labi uidentur in malum interim potestate ordineq; mirabili reducat in bonum / nimirū in hoc malum esse non potest/ uel ex ipso/ uel aliunde procedens. ¶ Sin autē bonum simul atq; malum consideremus tanquā duo quædā inter se contraria per longam uidelicet distantiā pari lance distincta/ neutrū potest uel ex altero esse/ uel in altero. Cogimur autē parē hūc numerū contratriorꝫ binarium ad superiorē referre alicuius principii unitatē. Sed nequæunt hæc summopere inter se pugnātia ex uno quodā auctore simul sine medio ꝓficisci. Alioquin si ita proficiscanť cū neq; possint ita casu inter se distingui neq; secūdū eādē rationē ab uno eodēq; fieri proxime tā diuersa/ cōpellemur simplicitatē principii iā negare differētesq; in ipso ponere rationes cōtrariorꝫ inter se absolute distinctas: per quas nō temere sed naturaliter uel consulto possint inde statim simulq; repugnantia proficisci. ¶ Dionysius.

A T qui nec in existentibus inest malū. Si eni hæc oīa sunt ex bono: oībusq; bonū inest/ cōtinet oīa/ nimirū in his malū esse nō potest. An forsan in bono malū erit? Minime. Nā nec est in igne frigidū. Nec malū in se ullū admittere potest. Quod malū etiā reddit bonū. ¶ Sin autē fingať in bono malū esse/ quonā pacto in erit. Si eni ex ipso cōcedať existere absurdum id quidē & impossibile. Nā ut sacrorꝫ eloquiorū ueritas inquit/ nō potest arbor bona fructus malos facere. Vel mala bonos. Sin aūt bono malum ex seipso nō inest/ an ex alio forsan tanquā principio causaq; contin

bonum esse uniuersi entis efficiētem causam/ & finalem. Et quomodolibet
essendi mensuram. Vt quo magis aliquid boni compos est/ eo magis essen
tiæ: minus ue/ quo minus. Quod quidē etiā inde constat quia quod grada=
tim minus bene se habet paulatim ab essentia cadit. Quasi essentia quæli=
bet ab ipso bono dependeat. ¶ Potest quidē aliquid omnino bonū existe=
re. Aliquid autē omnino malū inueniri nusquā potest. Malū enim intelligi
mus ubi/ uel minima est: uel minor quam oportet participatio boni. Quæ
quidē quodāmodo in essentia quadam fundamentum habet ubiqꝫ. Vt ceci
tas in oculo/ morbus in uiuo. Quod si neqꝫ sit oculus: neqꝫ uiuens/ non erit
alicubi cecitas/ aut morbus. ¶ Oppositū igiť ipsius integri boni/ quod sa=
ne fingiť malū ītegrum/ existit nusquā. Oppositū uero alicuius boni sed est
cecitas uisionis morbus ue sanitatis/ quo qūo reperiť alicubi. ¶ Dionysius.
Quod igitur corruptionē generatio sequať. Nō est id quidē mali po
testas: sed minoris boni præsentia. Quēadmodū/ & morbus/ defe=
ctus quidē est ordinis: sed non uniuersi. Si enim totus ordo desit:
neqꝫ morbus ipse subsistet. Manet autē: est quæ non nihil moribus/ quate=
nus essentiam habet minimū ordinē. In qua sane uelut fundamēto subsistit
Quod enim uniuersi boni expers excogitatur/ neqꝫ est aliquid: nec in existē
tibus reperitur. Quod autē mixtum est/ id propter bonū est in ordine re=
rum. Atqꝫ secundū hoc ipsum reperitur in rebus. Atqꝫ est ens/ quātū est bo
ni particeps. ¶ Imo uero quæ sunt omnia eatenus magis minus ue sunt/
quatenꝰ/ & boni participia sunt. Iam uero/ & in eo quod esse ipsum dicitur
quod nec usquā/ nec ullo modo ibi est: nec erit quidē usquā. Quod autē quo
dāmodo quidē est/ quodāmodo uero nō nimirū/ & quantū ab eo decidit qđ
semper est sane non existit. Quantū uero ipsius esse fit cōpos/ tantū quoqꝫ
cōsistit. ¶ Atqui & simpliciter esse quod nō ens censetur/ ab ipso quod sem
per pœnitusqꝫ est ens/ cōtinetur atqꝫ seruatur. ¶ Ipsum quoqꝫ malū ita se
habet/ ut quod decidit prorsus a bono/ id neqꝫ inter magis neqꝫ inter minus
bona sit futurū. Quod uero quodāmodo quidē bonū est/ quodāmodo ue=
ro nō bonū/ aduersāť sane cuidā bono. Non aūt toti bono. At qui & ipsum
participatione quadā boni regiť atqꝫ cōtinetur. Nēpe bonū ipsum sua qua=
dā participatione ipsam quoqꝫ sui priuationē quadā quasi essentia donat.
¶ Profecto si bonū prorsus abierit/ nec erit uniuersaliter bonum aliquod.
Neqꝫ mixtū quicq̄. Neqꝫ malū ipsum. Si enī ipsum quod diciť malū est im=
perfectū bonū/ nimirū per uniuersam absentiā boni/ & īperfectū/ & perfe=
ctum bonū abierit. tūc profecto dūtaxat erit apparebitqꝫ malū/ quādo aliis
quidē erit malū quibus est cōtrariū: ab aliis autē pendebit' distinctū tanquā

bonis. Nequeunt enim eadem secundum eadem inter se in omnibus repugnare. Malum igitur non potest existens aliquod esse.

¶ Malum nec est in rebus procedētibus a bono: nec in bono: nec ex bono. item si bonum malumq; sint duo contraria/ nequeunt uel ex se inuicem uel ex uno principio proxime proficisci. ¶ Marsilius.

p Robauit hactenus malum non esse ens ullū. i. (ut Paulo elegantius loquar) aliquid per se existens. Probat uero deinceps malū non ita esse in aliquo existēte ut pars eius uel qualitas cēseatur. Cū enī causa prima. i. bonū in omni effectu longe magis latiusq; agat q̄ cæteræ causæ/ nihil in aliqua re ad naturā eius ullo modo pertinens/ reperiri potest/ quod nō ab ipso bono ꝓcedat/ magisq; semper illinc dependeat q̄ aliunde. Præterea cū causa prima ad suam similitudinē in effectibus oībus absoluēdā sit causarū omniū potentissima/ concluditur quicquid naturaliter in aliqua re tanquam essentia uel pars uel qualitas/ uel actus eius est/ id omne tanquā efficacissimæ dependens & conseruatū cōprehensumq; a bono / nō malū esse sed bonū. ¶ Si consideramus ipsum simpliciter bonum/ cū hoc sit principium uniuersi/ nec solū faciat bona omnia/ sed etiā quæ forte labi uidentur in malum interim potestate ordineq; mirabili reducat in bonum / nimirū in hoc malum esse non potest/ uel ex ipso/ uel aliunde procedens. ¶ Sin autē bonum simul atq; malum consideremus tanquā duo quædā inter se contraria per longam uidelicet distantiā pari lance distincta/ neutrū potest uel ex altero esse/ uel in altero. Cogimur autē parē hūc numerū contratrioꝝ binarium ad superiorē referre alicuius principii unitatē. Sed nequæunt hæc summopere inter se pugnātia ex uno quodā auctore simul sine medio ꝓficisci. Alioquin si ita proficiscanť cū neq; possint ita casu inter se distingui neq; secūdū eādē rationē ab uno eodēq; fieri proxime tā diuersa/ cōpellemur simplicitatē principii iā negare differētesq; in ipso ponere rationes cōtrarioꝝ inter se absolute distinctas: per quas nō temere sed naturaliter uel consulto possint inde statim simulq; repugnantia proficisci. ¶ Dionysius.

a T qui nec in existentibus inest malū. Si enī hæc oīa sunt ex bono: oībusq; bonū inest/ cōtinet oīa/ nimirū in his malū esse nō potest. An forsan in bono malū erit? Minime. Nā nec est in igne frigidū. Nec malū in se ullū admittere potest. Quod malū etiā reddit bonū. ¶ Sin autē fingať in bono malū esse/ quonā pacto in erit. Si enī ex ipso cōcedať existere absurdum id quidē & impossibile. Nā ut sacroꝝ eloquiorū ueritas inquit/ nō potest arbor bona fructus malos facere. Vel mala bonos. Sin aūt bono malum ex seipso nō inest/ an ex alio forsan tanquā principio causaq; contin

get. Iam uero uel malum ex bono erit/uel ex malo bonũ. Aut si hoc est impossibile/ex alio quodã principio causaq; erit bonũ pariter atq; malũ. Nulla eni dualitas est principiũ. Sed unitas ipsa est dualitatis oĩs initiũ. Tã & si absurdũ est cõfiteri ex uno codẽq;/duo quædã ꝑrsus inter se cõtraria ꝑficisci. Atq; ita ipsum quoq; principiũ non esse simplex pœnitusq; unum. Sed diuisum atq; biforme/contrariumq; sibimet atq; repugnans.

¶ Nõ sunt principia rerũ inter se cõtraria. Neq; etiã duo. Nec unũ aliquid in se multiplex: sed simplicissima unitas atq; bonitas. ¶ Marsilius.

SI Manicheorum more fingãtur duo cõtraria Prima uniuersi principia. Profecto quantũ cõtraria sunt & eque prima inter se pugnabunt quantum quoq; utraq; sunt pariter uniuersi principia/ deinceps hinc & inde genera rerũ duo deriuabuntur inter se sine ulla conciliatione pœnitus diffidẽtia. ¶ Veruntamen cũ per bonos uniuersi gradus/ gradatim in melius aliquid potentius simulq; simplicius ascẽdamus paulatimq; multitudinẽ congregemus in unũ necesse est ad unũ deniq; peruenire/ simplicissimum/ optimum potentissimum idq; in lesum atq; prorsus imperturbatum. Huic ergo neq; recte potest fingi contrarium: nec equale. Alioquin impediri inde poterit atq; perturbari. Deniq; cum quælibet in mundo contraria uideamus in unum certa quadam proportione conciliari concordiaq; eiusmodi nequeat uel ex discordibus uel rursus ex multis uel etiã ex auctore multiplici prouenire alioquin a contrarietate non perueniretur in unum. Necesse est non cõtraria/non duo quædam/non unum aliquid in se multiplex/sed unum pœnitus simplicissimum principatum uniuersi tenere. ¶ Merito igitur Platonici principiũ uniuersi dicunt omnia quantũlibet multa contrariaq; unire. Quia ipsum est summa unitas atq; bonitas. Vnio sane unitatis est ipsius & bonitatis officiũ. Ipsa nãq; bonitas dum seipsam unam diffundit in omnia per processum distribuens uidelicet singulis & si non parem tamen quodãmodo similem bonitatem iuicemq; amicam: dumq; uicissim per infusum omnibus appetitũ boni & iuicem & ad se unã omnia conuocat/interim in unã seriem & actionem atq; formam mirabiliter omnia colligit. ¶ Deniq; si quãdo ad deum pertinet in omnibus est bonum atq; consensio/sequitur ipsum nihil apud se contrarium malumq; admittere. Atq; malũ nihil habere simile pertinẽsq; ad deũ. ¶ Dionysius.

NEq; rursum possibile est duo rerũ esse principia & inuicẽ & in uniuerso contraria atq; repugnantia. Si enim id concedatur nec deus ipse a detrimento molestiaq; procul abierit. Siquidẽ nõ desit quod ipsum quoq; perturbet. Præterea cũcta erunt inordinata/ semperq; pugnã

tia. At qui bonum ipsum amicitia quadã cuncta conciliat. A sanctisq; Theologis & pax & pacis auctor appellatur. Quamobrem bono omnia sibi inuicem amica sunt & consona/ ex una uita uidelicet pullulantia: ad unumq; ordine certo disposita bonum. Atq; sicut eodem quasi generis cognomento/ ita conditionis similitudine/ & affectione quadam mãsueta cõiuncta. Quapropter malum neq; est in Deo: neq; diuini cõmertii quicquã habet.

¶ Nullum ex deo malũ: sicut nec ex igne frigus. ¶ Marsilius.

c Vm ubiq; superior causa/ melior sit effectu/ certe causa prima ita optima est/ ut sua bonitas sit substantia sua/ ipsaq; simpliciter bonitas. Hæc uero quemadmodũ in substantia/ ita nec in bonitate permutari potest. Cum igit qua ratione bonitas ipsa est/ nũquã efficiat mala/ imo bona/ mutariq; ex bonitate non possit/ bona semper efficit omnia. Nũquam igitur ex deo malum. ¶ Dionysius.

s Ed nec ex deo malum est. Aut enim concedendum erit deum non esse bonum. Aut si proculdubio bonus est/ bene facit efficitq; bona. Neq; tantum ita ut aliquando tãtum & aliqua bona faciat. Aliquando uero non agat/ uel non omnia. Alioquin permutationem cõditione eiusmodi pateretur diuersitatemq; in seipso circa id quod angustissimũ est uidelicet causam. Iam uero siquidem in deo bonum ipsa sua substantia est si permutetur ex bono/ deus aliquando quidem erit/ aliquando uero nõ erit. Sin autem participatione bonum habeat & habebit ab alio: & alias id habebit: alias non habebit. ¶ Malum igitur nec est ex deo: nec in deo neq; simpliciter/ neq; per tempus.

¶ In angelo non est malum idest defectus aliquis boni quia est expræssissima quædam imago primi boni. ¶ Marsilius.

s I dicens malum/ cogitas aliquid affirmatiue rerum ordine positũ/ Falleris. Quicquid enim hic est/ cum ab ipso bono prorsus existat/ est necessario bonum. Nusquam igitur existit eiusmodi malũ. Sin autem appellatione mali negationem & priuationem defectumq; conuenientis alicui boni cogitas/ malum & si alibi potes deprehendere/ non tantum potes in angelo ponere. ¶ Quatruplicẽ in natura qualibet ordinem Platonici ponunt. In primo quidem gradu imparticipabilẽ ipsum in se naturã. Quẽadmodũ exẽpli genera in sole lucem. In secundo participatã quidem. Sed perfecte. i. semp atq; eodem modo. Quemadmodũ infusum stellis a sole lumen. In tertio participatam rursus & ĩperfecte. Idq; duobus modis. Aut enim semper quidem/ sed nõ eodem semp modo. Vt lumẽ solis lunæ tributum, aut neq; eodem modo neq; semp/ sicut lumẽ solis in aere. Ne

cessarium est omnino per hos gradus ubiq; procedere. Nam & natura per media gradatim ꝑgredit̃ ad extrema. Et causa quæ uis efficiēs similiores sibimet effectus efficit ante dissimiles. Bonū igitur a primo bono participatum angelis quasi lumē a sole stellis cū in primo ꝓximoq; sit participationis gradu/plene datū est absq; defectu. Igit̃ absq; malo. Ad inferiora uero diffusum/quasi tenebris quibusdā amisceri pōt/duplicēq; defectum subire: qualē in luna uel in aere lumē/uel quomodolibet aliter q̃s inuenerit. ℂ Angelicā idest intellectualē in sua puritate naturā/esse quasi splendorē circunfusum diuinæ luci/lucis illius penetralia ītellectualibus aīs ītelligibiliter declarantē/dogma Platonicū est: solēq; diuinū in angelo tāquā in speculo purissimo expræssissimæ relucere. ℂ Inter hæc/uocabula duo notabis dionysiaca simul atq; Platonica: scilicet theoidiā atq; agathotypiā. Per primū diuina lux speciesq; designat̃. Per secundū diuina figura. Duo hæc ad summū in uerbo dei. s. cōceptu eius intimo apostolus Paulus in ꝓhemio ad hebreos collocat. Secūdo uero quasi gradu Dionysius attribuit angelo. Qui & si nō tantā diuinitatem a deo sortitus est quantam uel habet ipse deus uel edere possit non uelit/uerūtamen tantam habet/quantā capit hactenus ordo rerum deusq; decreuit. ℂ Dionysius.

Aec in angelis etiā malū est. Si enī angelus speciē boni præferēs/di
h uinā exprimit bonitatē: existens uidelicet per participationē idipsum secūdo gradu/quod secūdū causam/est in se primo illud quod exprimit̃/certe imago dei est angelus. Et occulti luminis declaratio. Ac speculū purū/nitidissimū/in quo inquinatū imaculatū incontaminatū. Totā in se suscipiens si dictu fas est pulchritudinē speciei ipsius figureq; diuinæ: atq; in seipso sincere quātū fieri potest splendore declarās secretissimi illius silētii bonitatē. Itaq; nec angelis quidem inest malum. ℂ Nisi forte q̃s dixerit ꝓpterea malos esse/ꝙ puniāt peccatores. Sed eadē ratione castigatores errantium/mali erunt. Similiter & sacerdotes illi qui prophanos a diuinis mysteriis arcent. Sed profecto nō malum est meritis affici pœnis. Imo fieri pœnis dignum. Neq; rursus malum/pro merito a sacris arceri: sed cōtaminatū prophanūq; euadere. Ideoq; nec aptum qui admittatur ad pura. ℂ Malum nec in demonibus nec in aliquo proprie pertinet ad substantiā: sed ītirmitatē uirtutisq; defectū: neq; tñ boni ꝑsus expertē. ℂ Marsilius.

On debemus ipsam demonū essentiā dicere naturaliter esse malā.
n Sic enim & fateri cogemur semper ab ipso uidelicet primo creationis sue momento malam fuisse. Itaq; nec ortā ab ipso bono principio rerum. Ideoq; nec esse quicquā. Neq; rursum fas est asserere demonum

ex bono per aliquē naturalē motum euasisse malū. Omnis enim eiusmodi motus ab ipso bono rect⁹ tendit ad bonū. ℂ Præterea nec ipsa potestas demonica sibi ipsi mala est. Perimeret enī semetipsam. Rursus si quo modo interimat aliud/nō ꝓpterea dicenda est pœnitus esse mala. Nec enī interficit quodlibet. Nec aliqd totū. Omnis enim īteritus desinit in materiā & in alterius ortū. ℂ Deniqꝫ cum substantiæ nihil sit cōtrariū/immo inter qualitates cōtrarietas oīs existat/merito corpis nullius īteritus ab ipsa sui materiali substantia uel substātiali forma sed a suis quibusdā qualitatib⁹ exordit̄. Quarū proportio per accessum qualitatū contrariarū debilitatur. Per hanc uniqꝫ debilitatē infirmitatēqꝫ dicitur egrotū corpus atqꝫ malū. Malū igitur nec ꝓprie pertinet ad substantiā: nec quaten⁹ per ipsum aliqd appellari potest malū. i. male se habens/integrū pōt esse malum. Vbi enim integrū malum fingit̄/cum nihil ibi supersit boni/nec ulla ibi corporis forma sup est: nec ipsa quidē materia prima. Hic igitur nihil dici poterit male se habere. Quicquid ergo iudicat̄ male se habens/habet cū aliquo defectu bonū. Siue corpus id sit siue anima siue demon. ℂ Dionysius.

n Eqꝫ rursus demones sunt natura mali. Alioquin nec essent ex bono Nec essent prorsus aliqd. Atqui nec ex bonis natura mutati sunt in malos. Neqꝫ semp exstitere mali. ℂ Præterea utrū sibimet an aliis mali sint. Si forte sibi ipsis mali/seipsos perdēt. Sint aut aliis quonā modo interimētes/iudicant̄ mali. Aut quid potissimū interimētes. Essentiam ne uel potentiā uel actionē? Siquidē essentiā: primo quidē non præter naturā id efficient. Quæ enim per naturā īcorruptibilia sunt nō corrumpunt. Sed quæ corruptioni sunt obnoxia. Deinde ne id quidē oībus & oīno malū est. Iam uero neqꝫ quicquā eoꝝ quæ sunt perimitur ꝗtum est essentia & natura. Sed ipsa cōgruentie cōmensurationisqꝫ proportio ꝓpter ordinis naturalis defectū/iam ita debilitat̄/ut eodē modo permanere nō possit. Infirmitas uero nō est integra. Si enim integra foret/& corruptionē ipsam & subiectū eius e medio tolleret. Essetqꝫ corruptio eiusmodi/sui quoqꝫ ipsius interitus. Quāobrem quicqd malū dici solet/nō est oīno malū/sed deficiens bonuꝫ. Quod enim expers oīno boni fingitur nec usquā quidē aliquid erit Eadem quoqꝫ de potentie actionisqꝫ corruptela ratio est.

ℂ Malū in demonibus nō est essentiale quicꝗ; sed defectus quidā affectus actionisqꝫ sue circa principium suū atqꝫ finem. ℂ Marsilius.

d Emones cum quicquid habent essentiale proximæ habeant ab immenso bono/totum id habēt bonū. Si ergo dicant̄ mali. Sequit̄ ut secundū nō nihil quod ipsi nō sunt/quod ue nullo modo essentiale

est/nominentur mali. Per aliquem uidelicet casum ab essentia degeneratio nemq; ab ipso bono essentiæ auctore. Quatenus uidelicet nec affectũ neq; actionis intentionẽ in suum principiũ/unde bene se habituri perficiendiq; fuerant/cõuerterunt. Itaq; nõ per naturã ipsam sed per defectũ agendi circa principiũ finemq; suũ mali fiunt. ℂ Tu uero cũ dixeris demonẽ naturaliter esse malũ interrogatusq; deinde fueris/utrũ semp ab initio malus extiterit nec ne/utrũ uis responderis/tibimet repugnare cogeris. Si non semp fuit malus/igit͛ non natura:quicqd enim naturaliter inest/ id una cũ natura semp adest. Sin autẽ dixeris semper fuisse malũ/ cogeris iterũ stabilẽ ipsam sempiternitatis idẽtitatem cõfiteri bonũ. Cũ enim stabilitas ad uigorẽ uirtutis attineat/ideoq; stabiliter se habere/sit bene se habere/ fateberis demonem stabiliter malũ/esse bene malũ: ac bene se habendo malũ esse. Ob similem rationẽ pleriq; Platonici malũ supplicii negãt sempiternum fore. Ne forte idẽtitatẽ stabilitatẽq;/quæ ad unitatẽ bonumq; tanquã propria pertinere putant/esse confiteantur in malo. Verum pro christianis responderi poterit in supplicio sempiterno propter penarum uariarum diuersitatem uicissitudinemq; temporalem nimirum/stabilitatem ueram non adesse.

ℂ Dionysius.

Roinde quonam pacto demones/cum a Deo facti sint/ mali sunt? Nempe bonum bona producit & statuit. Verũtamen malos appellari dicet aliquis. Sed nõ qua ratione sunt aliquid/mali sunt. Ex bono enim existunt/bonamq; essentiam nati sunt. Immo qua ratione nõ sunt Quippe cum ad seruandũ principium suum infirmi fuerint. Quemadmodum diuina testantur eloquia. Dic age in quonã demones deprauari dicamus nisi in eo q; ab habitu actioneq; circa bona diuina uacãt? Præterea si natura mali sunt demones/semper fuere mali. Tam & si malum est instabile. Nõne igitur si semper eodẽ modo se habent/mali non sunt. Semper enim idem esse/boni propriũ est. Sin autẽ nõ semp existere mali/nõ sunt ipsa natura praui. Sed indigentia quadã bonorum angelicorũ. Neq; boni prorsus sunt expertes. Quatenus sunt. Viuũt. Intelligunt: habentq; nõnullum desiderii motum. Praui uero cẽsentur. Quoniam circa naturalẽ operationem sint inualidi. His itaq; malum est aduersio quædam: excessusq; & discessus. Ob quem bonis sibi conuenientibus potiti non fuerint. Defectus. Imbecillitas. Infirmitasq; uirtutis perfectionem suam conseruature. Fugaq; & casus.

ℂ Angeli conuertuntur uel ad deum/uel ad se/uel ad inferiora. Gradus demonum/quid malum in demonibus. ℂ Marsilius.

C Onsideranti mihi cum doctrinam Dionysii sepe Platonicā/ tū etiā uerborū præsentiū formā atq; cōsequentiam/ uidet expositio quā subiiciam/ forte uideri posse probabilis. Descripsit hactenus quid primum fuerit in angelis malum/ omnibus cōmune demonibus. Nunc adiungit malum quasi secundum nō demonibus cūctis cōmune/ sed infimis. ❡ Tres ut platonice loquar actus in angelicis mentibus esse possunt. s. trina conuersio. Vel ad deum/ uel ad se/ uel ad sequentia. Itaq; angeli ꝙ plurimi ad ipsum deum amandum tota uoluntate conuersi/ semper euasere beati. Nonnulli uero conuersi ad se prorsus amādos/ facti sunt euestigio miseri/ principio suo uidelicet fineq; priuati. Quibus hæc illinc aduersio priuatioq; iudicatur malum. Quidam rursus nō solū ad seipsos amandos cōuersi uerū etiā ad infima diligenda diuersi/ omniū euasere miserrimi. Quibus ꝓter orbitatē illā malū aliud cōtigit/ multiplex uidelicet ꝑturbatio. ❡ Primi qdem angeli sunt pœnitus a corporibus absoluti nisi forte mira quadā facilitatē cælestia regant interim diuina fruitione beati. Secundi uero iam miseri quasi proprio amore decepti/ elementisq; sub luna simplicibus mox addicti: non tanquā aiæ quædā prorsus infusi: sed ritu quodā quasi magico diuinitus mancipati. Quibus præter superiorē orbitatē illam malū accidit cōditio ista seruilis & indignatio sequēs. Tertii uero cōposita corpora generationēq; & cultū ab hominibus cupiētes/ corporibus/ iā ex igne aereeq; uaporibusq; terre & aquæ cōflatis sunt immersi: asciscente quidē hoc amore ac deo interim cōpellente: hinc aeria quædā facta sunt animalia uasta quidem & celeritate potentia sensu mirabili. Inuida superba malefica. Quibus præter orbitatē īdignationēq; iam dictā/ malū est perturbatio/ sensualis passioq; sensibilis. His itē ultra intellectum uoluntatemq; peruersam cōsequenter inest imaginatio præceps/ ira feruens cōcupiscētia uehemēs. Vt Dionysius more Platonico narrat/ quasi sint animalia. Quod etiā cōfirmat ubi ait tria hæc in cæteris insuper animalibus naturaliter esse. ❡ Demones autē animalia esse nō solū platonici sed antiqui etiā iter christianos greci doctores putant. Et aurelius Augustinus non redarguit. Ac uidet tum naturæ uniuersi/ tū officiis actionibusq; demonū tum diuinæ iustitiæ consentaneum. Ego autē id asserere nondum audeo. Eiusmodi quoq; in demonibus multis malignitatē atq; superbiam oēs Platonici posuerunt. Porphirius addit maleficorū demonū principi nihil optabilius esse ꝙ ut colat quasi deus. Mitto nunc christianos grecos/ qui oēs angelos habere corpora quauis tenuia uoluerūt quidē Aurelius Augustinus ī libro de trinitate cōmemorat: neq; negat. Animalia multa ꝑspicuū quēdā radiū habēt naturaliter suis ocu

lis insitũ: quo proxima multa etiã nocte uident. Hæc si die fugiãt ĩ speluncã oĩno solis radiis in uiã / & si cælestia nõ uidebũt / qa uidelicet cælesti lumine careãt / ĩfima tamẽ nõnulla cernẽt / naturali uidelicet lumine minime capta. Siĺr demones postquã uolũtatis affectũ nõ ad diuinũ solẽ / sed ad se pœnit⁹ cõuerterũt / & si supræmo beatoq illo diuini solis lumine sunt orbati / qđ eis accidit miserabile malũ naturales tñ quibus naturalia uideãt / radios retenuisse putanť. Quod & optabile est & bonũ. Et hoc ipsum sibi cõseruare cupiẽtes / bonũ aliquod appetũt. Ex hoc aũt appetitu dimittẽtes supræmũ bonum / extremũ malum elegisse uidentur. ℭ Dionysius.

Quid præterea malũ est in demonibus? Furor ĩrrõnalis, cõcupiscẽtia demẽs, imaginatio pceps. Verũ ista quãquã demonib⁹ ĩsunt: nõ tñ oĩbus: nec oĩno. Neq ipsa fm se mala sũt. Nã & in aliis aïab⁹ / nõ hæc qdẽ habere sed his carere / pnities est aïaliũ atq malũ. Horũ uero habit⁹ seruat esseq efficit aïalis naturã hæc habentẽ. ℭ Quamobrẽ demonica gẽs nõ qua rõne secundũ naturã est / sed qua nõ est existit mala. Neq bonũ illis traditũ / totũ est permutatũ. Sed ipsi a toto bono sibi tradito exciderũt. Nec angelica munera his tributa / aliquãdo permutata. Sed integra sunt pœnitusq cõspicua. Quãuis ipsi minime cernant: Quippe cũ uires eas / quibus bona uideri possent / iã obcluserint. Quapropter hoc ipso quod sunt / ex bono sunt atq boni: & pulchrũ bonũq / desiderãt dũ uidelicet esse / uiuere / intelligere / quæ qdẽ existẽtia sunt / desiderãt. Sed priuatione quadã & fuga casuq a cõuenientibus sibi bonis / mali cognominantur. Suntq mali qua parte pulchri non sunt. Et quod minime est appetentes malum appetunt.

ℭ Malum in anima. ℭ Marsilius.

Cum in ipso bono omniũ principio / sit summa oĩum prouidentia / consequẽs est / ut angeli animeq ex ipso proxime dependentes / naturalẽ quandã ad sequẽtia ꝓuidentiã habeãt. Sed angeli quidẽ mouendo prouident. Animæ uero uiuificando primũ deinde etiã cõsultãdo. Cum igitur id totũ prouidentiæ munus & ex bono sit & imitatio boni / est proculdubio bonũ. Nõ igiť malum est animæ / sic adesse malis. i. deterioribus ut uel naturali uel uolũtario beneficio hæc afficiat. ℭ Proinde sicut nocturnus aer / diciť tenebrosus / nõ qa uel rẽ nouã subeat uel naturã amittat suã / sed qa deest ei solis lumẽ qđ rẽ p se tenebrosã efficit lucidã / sic aïus ac demon malus cognominať / nõ ꝓpterea ꝙ uel naturale qcq̃ pdat / uel suscipiat alienũ / sed quia deficit / a / benefico dei munere ordinemq qui ad bonũ perducere solet nõ obseruat. Cuius quidẽ boni munus sua quadã presentia bonum reddit quod alioquin in malũ hoc absente corrueret. ℭ Dionysius.

T animas quispiã esse dixerit malas: si igit̃ quia cõiungunt̃ malis, quodã prouidentiæ cõseruationisq; officio/has aliquis suspicet̃ malas/obiiciendũ est hoc utiq; nõ esse malũ. Sed bonũ: atq; ex ipso bono ꝓueniens qđ quidẽ uel qđ alioqn malũ est/reddit bonũ. Sin aũt animas quo quomõ deprauari dicam⁹ in quo nã deprauant̃? Nisi in quodã affectionum actionũq; bonarũ defectu: & quoniã ab errantes a fine ob infirmitatẽ ꝓpriã dilabunt̃. Iam uero circũfusum quoq; nobis aerem obtenebrari dicimus/defectu uidelicet & absentia luminis. Ipsum uero lumen/semp est lumen. Quod etiã illuminat tenebras. Quãobrem nec in demonibus/nec in nobis ita malũ est/quasi existens aliquid. Sed tãquam defectus aliquis: per quem propriorum bonorum consumatione caremus.

¶ Malum in animabus non est aliquid his naturale. ¶ Marsilius.

O Mnis naturalis istinctus motusq; in quolibet aĩali sueꝓprius speciei est ꝓculdubio bonus/tanquã ab ipso bono ꝓuidenter ĩfusus/ad conseruandã speciẽ: directus ad suũ cuiq; bonum. Malũ uero in aĩalibus dicit̃ defect⁹ aliqs: p quẽ minus ualidũ sit ad naturales actiões expediẽdas.

¶ Sed interea dũ ĩperfectum aliqd appellamus malũ/ memẽto hoc ipsum qđ dicit̃ ĩperfectum nec oĩno malũ/neq; prorsus ꝑter oẽm naturã esse. Diuinitas quidẽ tanquã summopere potens proximũ opus suũ quo momento facit/eodẽ perficit pœnit⁹ cõsumatũ. Natura uero deo prorsus inferior. opus suũ tẽpore gradibusq; ꝓducit ad finem. Prouidentia uidelicet ita naturam constituente. Eo igit̃ gradu medio/quo naturæ opus/ quia nõ dum absolutũ est/dicim⁹ ĩperfectum/hoc ipsum ĩperfectum. Nec ꝑter naturæ itentionẽ est oĩno neq; prorsus malũ/tanquam ex quodã prouidentie natureq; ordine sic ad perfectum finẽ gradibus institutũ. ¶ Dionysius.

N Eq; rursus in aĩalibus brutis est malũ. Si enĩ irã cõcupiscentiãq; substuleris & cætera quæ in eis & si mala dicunt̃/nõ sunt tamẽ simpliciter suapte natura mala/leo quidẽ fortitudine superbiaq; amissa leo esse desinet. Canis quoq; blandus effectus oĩbus/nõ erit canis. Custodire. enĩ latratu sua/canis est propriũ. Atq; domesticos quidẽ admittere: alienos uero ꝓpellere. Quãobrem conseruare naturã/nõ est malũ. Imo uero malũ est naturæ corruptio debilitasq; & naturaliũ qualitatũ & actionũ uiriũq; defectus. Proinde q̃cunq; generant̃/per quædã tẽporis iterualla perficiũtur/ ne ĩperfectum quidem præter omnẽ naturã est omnino.

¶ Non est in natura malũ aliquid. Quid natura. ¶ Marsilius.

P Latonica sentẽtia est/ mundũ totũ esse uiuũ: per uitã quandã ubiq; uigentẽ/generantẽq; omnia una cũ solari uirtute usq; quaq; diffusa

quasi spiritu. In hac itaq; corpis uniuersi uita per eiusmodi spiritũ oĩa uegetante. Platonici rõnes oĩum seminales effectricesq; uirtutes esse putant. Cũ igit̃ oẽs hinc particulares naturæ ducãtur tanquã ab uniuersali natura: nec ulla huic aduersari possit/merito nullũ huic aduersũ malũq; accidit. Nec q̃cquã eius frustrat̃ effectũ. Particulari uero naturæ cõtrariũ aliquid accidit uelut ignis aque. Vnde & malum prouenit. Idest naturalis actionis impedimentum. ℂ Dionysius.

n Eq; rursus est in tota natura malum. Si eni naturales rõnes oẽs ab uniuersali natura ducunt̃/nihil est illi contrarium. Singulari uero naturæ/aliud quidem secundũ naturã erit. Aliud uero cõtra. Aliis náq; naturis/p̃ter naturã aliud accidit. Quod ue huic naturæ cõsentaneum est/illi accidit alienũ. Vitiũ uero naturæ dicitur/q͛d incidit præter naturam. Priuatio uidelicet naturaliũ. Itaq; non est ipsa natura mala. Id aũt dicit̃ ipsi naturæ malũ q̃ propria sibi officia explere non possit. o

ℂ Quid malum corporis. ℂ Marsilius.

d Ionysius quemadmodũ in superioribus similiter & in sequentibus id ubiq; cõtendit: malũ nõ esse/existens re ipsa quicquã: sed uel existendi/uel agẽdi defectũ. Itaq; neq; deformitas/neq; moribus quæ corporis mala dicunt̃/aliud quiddã sunt nisi priuationes quædã atq; defect⁹. Neq; potest malũ purum solum integrum in aliquo subiecto deprehendi. Alioquin neq; subiectũ ipsum subsistere posset. ℂ Dionysius.

p Roinde nec in corporibus malũ aliquid est. Deformitas enim atq; morbus/defectus quidã est speciei: ordinisq; priuatio. Id autẽ non oĩno malũ est: sed minus bonũ. alioquin si pulchritudinis speciei q; & ordinis integra solutio fiat/ipsum quoq; corpus abibit.

ℂ Malum uitiumq; animæ nõ est ex corpore. ℂ Marsilius.

s Iquis dixerit corp⁹ esse ipsam p se necessariáq; uitiorũ aĩæ causam/ideoq; naturã corpis esse malã/hinc cõuincet̃ errare/q͛d in angelis corpa nõ habentib⁹/malũ est exortũ. Et platonici incidere malum in aĩam. Tũc primũ putãt cum intentionẽ affectũq; a diuinis diuertit ad naturalia etiã anteq̃ corpus igrediat̃. Plato rursus in carmide magos/sequens bona malaq; corporũ humanorũ existimat a bonis aĩarũ malis ue proficisci. Quod est ualde mosaicũ. Si quis aũt obiecerit corporeã labẽ uitio quodam originali cõcretã aĩos ingnare/meminisse debebit/hanc ipsam ab initio rerum/uitio quodã animi natã. Vitia uero eiusmodi Platonici quidem & aĩabus intellectualiũ ultimis/& demonib⁹ inferiorib⁹/pleriq; uero Greci christianorũ doctores: ultimo angelorũ ordini accidisse putant. Malũ náq;.i.de-

fectum bona ꝑpria consequi non ualentem/nõ spiritibus quidem summo bono propinquis/sed remotioribus forte contingere: sed hæc illi uiderint.

Ⅽ Dionysius.

p Ræterea neq; corpus esse uitiorum causam animo cõtingentiũ/ inde patet ꝙ etiã absq; corpore prauitas possit oriri. Quemadmodũ in demonibus. Hoc enim est mentibus & aĩabus corporibusq; malum/ infirmitas uidelicet ad bonũ propriũ consequendum impos/atq; casus.

Ⅽ Materia neq; malum est/neq; proprie bonum sed aliquid necessarium.

Ⅽ Marsilius.

n Onnulli ueteres materiã appellabãt ipsam malignitatẽ/forte putãtes eã esse purũ malũ/principiũq; malorum hoc Dionysius ita consultat. Materia aut ĩduta iam specie cogitat̃: aut nuda. Si speciẽ ĩduta/ iam boni cõpos effecta est. Si nuda/cũ ꝑpter informitatẽ prorsus inertem nihil agere possit/nõ põt principiũ dici malorum. Quinetiã nihil pati potest mali. Nihil eñi huic contrariũ est. Nihil ꝑpriũ est amittere. Præterea si materia nihil habet essentiæ maleficiũ machinari nõ põt. Siquid essentiæ possidet: id ipsum cũ sit bonũ habeatq; ex bono textat̃ materiã non esse purũ malum. Ⅽ Proinde necesse est aut unũ principiũ ponere/aut duo. Si unũ: aut bonũ/aut malũ. Si duo bonũ/pariter/atq; malũ. Iam uero si unũ bonumq;/ unde materia simul atq; cætera/ necesse est si materia sit purũ malũ/ a bono proficisci malũ: aũt certe materiã malam qua rõne ex bono est/esse bonam. Sin aũt unum principiũ est atq; malũ/cũ multa ꝑter hoc bona sint cõfiteri cogimur a malo fieri bonũ: uel saltem id qđ sub malo bonũ dicit̃: quatenus ex malo depẽdet/esse malũ. Deniq; si duo ponant̃ principia nõ poterimus in hoc numero pedẽ sistere: sed ad unũ duorum principiũ ascendere/ cõpellemur. Ⅽ Platonica sententia est: boni rationẽ esse eadem atq; finis: ut uidelicet cætera quidẽ sint eius gratia. Ipsum uero nullius. Oppositam uero huic esse ipsam materiæ rationẽ. Hæc enim oĩum gratia dicitur instituta. Nihil uero ĩfime materiæ gratia. Nõ est igit̃ appellãda bonũ. Neq; rursus malũ. Quippe cum existat a bono/auida & exposita sit ad bonũ: necessaria sit ad mundi optimi cõplementũ. Nuncupanda est igit̃ medio quodam iter bonum malũ ue noĩe necessariũ. Nempe necessarii ratio sicut & materiæ semp refertur ad aliud. Boni uero uicissim. Attinet uero necessariũ quo quomõ ad bonũ quatenus tanquã utile cõferensq; ad finẽ certũ/ est eligendũ. Atq; hæc ipsa cõditio necessarii aliena uidet̃ a malo. Ⅽ Deniq; materiã non esse malã ĩde patet/ ꝙ ipm̃ bonũ materiã ĩstituit ad bona q̃plurima cõponẽda. Ipsaq; formas necessario bonas naturalr̃ cõcupiscit. Gñationisq; uniuersæ/

extra controuersiam optime nutrix est(ut in Timeo Plato noster inquit) atq; mater. ℭ Dionysius.

Sed neq; uerũ est uulgatissimũ illud: malũ uidelicet in materia esse/ qua rõne materia. Hæc.n.ornat⁹ & pulchritudinis speciei q; fit particeps. Si aũt seorsum ab his materia suapte natura qualitatem speciéq; nullã habet/ quonã mõ materia facit quicquam? Quæ nec idpsũ in se habet/ ut pati possit. Præterea quonã pacto materia malũ est? Si.n.nec usq̃ nec ullo modo est/ neq; bonũ est neq; malũ. Sin aũt quomodolibet est/ quæ uero sunt oĩa/ sunt ex bono/ ipsa quoq; existet ex bono. Atq; ita uel ipsũ bonum effector est mali: aut malũ/ quaten⁹ fit ex bono/ bonum erit. Vel forte malũ effector erit boni/ uel bonũ quatenus est ex malo euadet malum. Aut duo rursus erunt principia. Atq; hæc ex alio rursus uno quodã pricipio dependentia. ℭ Iam uero si materiã ad consumationẽ uniuersi fuisse necessariam cõfitent/ quonãmodo erit materia malũ. Aliud nãq; malũ est. Aliud necessariũ. Quo aũt pacto bonus ipse deus ex malo ad generationẽ ulla pducit. Aut q̃uo malũ est/ qđ desiderat bonum. Nẽpe malũ boni naturã fugit. Deniq; si materia naturaliter mala est/ quomodo naturã generat atq; nutrit? Malum enim qua ratione malum est/ nihil generat aut nutrit. aut oĩno quicquam facit aut seruat.

ℭ Malum in anima nõ est a materia/ quæ uel facit malũ/ uel attrahat aĩam Item malum integrũ esse non potest. ℭ Marsilius.

Qui materiã putant malũ aliquid in aĩa generare/ statim cõfiteri coguntur tum materiã nõ esse nudam sed iam formis indutã/ per quas possit generare nõ nihil tum animã esse corporeã: siquidẽ formari a corpib⁹ imo deformari possit. Quæ sunt pculdubio falsa. ℭ Neq; forte desunt qui materiã fingant ad malũ aĩas necessario trahere. Qui statim ide redarguunt/ qđ & ipsi aliquã ipsi materiæ uim cõcedunt/ nullã prorsus habenti animæ sepe uel inuitis corporib⁹ ad bona sese transferũt incorporea. ℭ Tertia uero sentẽtia est/ platonicis ualde cõsona: duo esse prima mutationis principia: alterũ quidẽ actiuũ.i.animã/ mutationes uidelicet suas ex se ipsa prsus exordiẽtem: alterũ uero passiuũ.i.materiã/ per diuersas formas cõmutari potentẽ. Subiectũq; esse formis mutabilibus necessariũ. Hanc uero uniuersi conditionẽ esse/ ut anima cõmertiũ iniens cũ materia rerũ mutabiliũ perpetuo plena/ motus ipa suos ad mutabilia bona deflectat sepius ab ĩmutabili bono. Quæ quidẽ deflexio peccatũ est & malũ: nõ cogẽte quidem ad id materia: sed uniuersi cõditione res ita rebus frequenter accomodante. Interea uero naturã materiæ malã esse ne dixeris: dum mũdo neces-

satiam confiteris. Quod enim necessarium utile conferens est ad bonum/ non est malũ. Quod ue malũ est/nullo modo per se necessariũ est ad bonũ. ¶ Tanta est potentia boni/ut cũ ipsum quidem alicubi sit integerrimum/ nusquã tamen permittat integrum esse malum. Rursumq; cum ipsum sua ꝑte natura omnem habeat potestatem/malum certe siquã uim habet/hanc accepit ex bono. Malum enim definire solemus defectum quendam alicubi alicui noxiũ. Id uero si nusquam est nullamq; uim habet/nulli noxiũ est nulli malum. Sin autẽ sedem uimq; aliquã quamlibet natum est/hanc sortitum est ex bono: nec integrum potest esse malum. Deniq; priuatio ipsa boni/quam malum appellare solemus si integra totiusq; boni uacuitas cogitetur/nec usquam est/nec ulli mala. Sin autẽ cogitetur/ex parte/non est malum purum. Nisi uero particularis priuatio cõcedatur/sed orbitas quædam tota fingatur uanum erit pœnitus mali nomẽ. ¶ Dionysius.

SI uero dixerint/materiã quidẽ ipsam in animabus prauitatẽ nullã facere: sed eas trahere: quo nã modo id uerũ erit? Cum animæ multę aciem suã ad bonũ dirigãt. At qui quonã pacto id fieri potuisset si eas ad malũ materia prorsus attraheret. Quãobrẽ malũ in animabus ex materia nõ cõtingit: sed ex inordinato quodã & aberrãte motu. ¶ Si autẽ & hoc affirment oĩno materiã sequi: atq; est materia instabilis necessaria rebus in seipsis consistere nõ ualẽtibus/quonã pacto malũ est necessariũ? Aut qũo qđ est necessariũ/est & malũ? ¶ Sed neq; hoc/quod dicimus/priuatio per uim ꝓpriã aduersat̃ bono. Vniuersalis nãq; priuatio uim ꝓrsus nullã hẽt. Particularis uero/nõ quaten⁹ priuatio est/sed qua rõne nõ ẽ priuatio uniuersã/uim aliquã hẽt. Quaten⁹.n. particularis ẽ defectus boni/nõdũ ꝓrsus ẽ malũ. Quæ si nõ sit ultra ꝑticularis/simul & ipsa mali natura discessit. ¶ Bonum ubiq; fit ratione quadam uniuersa simul & una. Malũ uero cõtra. Deus per bona cognoscit mala. ¶ Marsilius.

IVstitia quidẽ in anima/sanitas uero pulchritudoq; ĩ corpore/cõsonãtia rursus in uocibus atq; fidibus/bona dicunt̃. Horũ uero quodlibet tunc demũ in subiecto proprio cõsumatur/quãdo cunctæ cõditiones huic necessarie/una quadam certa ratione concurrunt. Hinc bonũ dicitur ex uniuersa simul & una causa cõsumari. Horũ autẽ opposita mala/ iniustitia/morbus/deformitas/dissonantia/contra cõtingunt multis scilicet particularibusq; defectibus. Cum enim uno dumtaxat modo hæc cõsonantia fiat scilicet cunctis ita propriæ cõspirantibus/dissonantia certe multis accidit modis: ex quolibet scilicet excedente uel deficiente/uel aliter se habente. Hinc Pithagorici unũ quidẽ ad bonum/multitudinẽ uero ad malũ

pertinere putant. Platonici quoq; cum bonum quodlibet in rebus uideant
causa quadam confici uniuersa simul & una/solent argumẽtari primum bo
num esse unum & uniuersum uniuersi principium. ❡ Platonici in mente
diuina proprias malorum ideas nullas ponunt. Sed per ideam iustitiæ deũ
cognoscere iniustitiam arbitrantur. Per ideam sanitatis/infirmitatem. Si-
militer per ipsam pœnes ipsum pulchritudinem/consonantiam/lucem/in
telligentiam/potestatem/horum singulatim opposita nosse. Omniũ præ
terea rerum uires pœnes deum efficaces atq; beneficas esse. Quas utiq; de-
us spectans/inspicit & quatenus extra se gradatim per omnia procedendo
in suo quodam uigore perdurant/& quatenus ultra deficiunt. Ibi quidem
bonum seruant. Hic ad malũ usq; degenerant. Igitur processus eiusmodi
qui iam mali uidentur/hactenus fuere boni. Per quæ bonos prospicit deus
malos: & ubiq; malum sub ratione boni. ❡ Dionysius.

Eterum (ut summatim dicam) bonum ex una totaq; causa profici-
c scitur. Malum autem ex multis particularibusq; defectibus accidit.

❡ Cognouit præterea deus malum sub ratione boni. Ac pœnes
ipsum malorum causæ sunt benefice uires.

❡ Malum non est principium. Nec habet causam rationemq; alicubi defi-
nitam. ❡ Marsilius.

I duo rerũ ponantur principia bonũ atq; malũ/certe una quædam
f erit in utroq; principii ratio potestas scilicet effectiua rerũ. Et hæc
quidẽ bona & omnibus exoptanda/nullo modo cõueniens malorũ
principio summopere malo. Sed hoc ipræsentia misso/queramus unde nã
hæc una ratio potestatis existat. Non quidẽ a principiis multis/qua condi-
tione sunt multa. Non enim a multitudine unitas prouenit sed uicissim.
Neq; rursus una hæc certa potestas ab alterutro duorum uenit in alterum.
Alioquin non erunt principia duo sed unum. Neq; etiam in hoc quidẽ prin
cipio potestas eiusmodi pullulat ex seipso: in illo iterum ex seipso. Sic enim
in utroq; per naturã propriam pullulans. Quatenus conueniret uni/non
conueniret alteri. Imo sicut principia hæc inter se opposita essent/sic in eis
ex ipsis proprietates opposite nascerentur. Non potest igitur una illa com
munis ambobus quæ fingitur eademq; potestas ex ipsis originem ducere:
sed cogimur eã ex uno quodã altiore principio deriuare. Tria Platonici pri
cipia ponũt. Diuinitatẽ/naturã artẽ. Tria quoq; opera/diuinũ/naturale ar
tificiosum. Tres item sunt horũ operũ rationes. Ratio quidẽ idealis in deo
seminalis autẽ in natura. Artificiosa uero in arte. Quicquid ergo secũdum
diuinitatẽ uel naturam uel artem agitur/ex causa quadã determinata & pro-

pria ratione peragitur. Idq; omne bonum est. Malum uero quod contra diuinitatem uel naturam/uel artem accidit/non habet definitam/alicubi causam:nec rationem propriam/uel efficientem/uel exemplarem. Sed ex causis temere confluentibus accidit. ℭ Dionysius.

S I uero malum sempiternũ est/& fabricat potestq; aliquid. Ipsumq; existit aliquid atq; efficit/unde nã sibi ista? Nam ex ipso bono. An forte bono hæc insunt ex malo. An potius ex alia causa sunt ambobus? Omne quod secundum naturam existit ex definita quadam causa nascitur. At si malum nullam habet causam definitam/nimirum secundum naturam nõ existit. Neq; enim est in natura/quod præter naturã est. Neq; in arte ratio est illius quod accidit præter artem.

ℭ Principium malorum non est uel ipsa animæ natura: uel eius actio necessario mala. Sed tumultuario motu defectuq; contingunt. ℭ Marsilius.

P Lotinus christianos quosdam hereticos cõfutat dicẽtes/primã quandam uniuersalemq; animã a deo statim ab initio defecisse. Atq; hoc peccato tumentem enixam fuisse mundum/corpus carceremq; suum/ipsa animæ malignitate malignum plenumq; malorum. Opinionem eiusmodi tangit Dionysius/uolentem/animam malorum esse principiũ. ℭ Probabile quidẽ uidetur si mala nullam habent causam definitã/ex motu quodã tumultuario & indefinito cõtingere. Igit̃ ex libero motu animæ indifferenter ad diuersa uergẽte/neq; ad aliquid certum per naturã determinato. Verũtamen non ex aliquo motu malo pulcherrimum hunc mundũ esse cõpositum. Neq; malam rursus animã mundanũ hoc animal tam perfectum defectu proprio uegetare. ℭ Præterea nefas dictu est uel naturam alicuius animæ ab ipso bono creatã esse malã: uel motionem actionẽq; animæ omnẽ necessario prauam esse. Alioquin nulle prouenirent actiones recte nulle uirtutes. Quamobrẽ malum nec in ipsa animæ natura est/nec necessaria in omni animæ actione: sed contingenter in aliqua. Neq; in hac rursus est immutabile: sed corrigi potest. Nec est effectus aliquis: sed defectus.

ℭ Dionysius.

I N igit̃ anima causa est malorũ? Quẽadmodũ ignis calefaciendi pricipiũ. Et omnia quibus appropinquauerit/iplet magnitudine? An potius bona quidẽ est aiæ natura. Actionibus uero nũc quidẽ ita se habet. Nũc uero nõ ita. Quod si per naturã mala est aiæ/essentiaq; illius mala est/unde natura habet essentiã. Nunquid ex bona causa omniũ cõditrice. Verum si ex illa/quonã modo per essentiã mala est. Huius enĩ oẽs genitæ sunt bone. Sin autem per actiones est anima praua: neq; hoc quidem est

immutabile. Alioquin unde nam uirtutes animæ prouenirent. Nisi & ipsa boni speciem acciperet. Reliquum est igitur: malum esse debilitatem quandam defectionemq; a bono.

¶ Vna bonorum causa/ multe malorum. Bonum stabile est. Instabile malum.

¶ Marsilius.

q Vemadmodũ bono malũ/ ita ferme uni opponit multitudo. Itaq; si una bonorũ oium causa est/ causæ sunt multe malorũ. Aut. n. uniuersum aut uniuersi partes cõsideramus. Vtrobiq; propositio hæc est uera. Omnia siquidem uniuersi bona/ ab ipso bono uno cunctorũ principio profluũt. Hinc efficitur ut bona inuicẽ cognata sint boniq; inuicẽ sint germani semperq; cõcordes uirtutesq; cũctæ simul esse possint atq; uelint. Mala uero uniuersi ad plura passim principia referunt. Seu ad ipsam materiæ rudis informitatẽ. Itẽ ad processum quẽlibet longius a principio suo iã distantẽ. Rursus ad cuiuslibet patientis debilitatem ualidis agentium uiribus succumbentem. Præterea ad cõtrariorum dissimilitudinemq; turbam. Deniq; ad confluxũ eorum absq; modo ꝓportioneq; coeuntiũ. Mala igitur & incomoda uel isunt tibi/ uel accidũt/ quoniam ex abiectissima materia es cõpositus. Item quia longius a principio tuo & conseruatore distas. Rursus quoniam debilitate tua quibusdam uel natura bonis succumbis agentibus/ seu lumini solis atq; calori. Præterea quia multa tibi uel tẽperato sunt cõtraria excessus uidelicet cuiuslibet qualitatis atq; motiõis. Inimica quoq; tibi sunt animalia uel natura uel habitum longe diuersa. Deniq; quoniam quæ ad te componendum contraria confluxerunt/ sepe nimio quodã excessu uel defectu dissonãt. Hæc utiq; quando ad tuũ bonũ consonant una dumtaxat consonant ratione. Hinc una dicitur causa boni. Dissidere uero ad tuum malum incertis innumerabilibusq; modis possunt. Hinc mali causæ infinitæ censentur. Et mala maliq; homines inter se dissidẽtes simul omnino esse non possunt. ¶ Proinde cum bonum ex causa quadam determinata/ ualida/ firma proficiscatur/ ipsaq; firmitas & ualiditas bonum sit atq; conuerso/ nimirum perseuerantia tenorq; semper idem bono conuenire uidetur. Malum uero contra ex initiis longe diuersis dissidẽtibusq; profectum ac debilitate contingens/ perseuerantiam eodem modo se semper habentẽ habere non potest. Præcipue cum hæc ipsa sit bonum.

¶ Dionysius.

b Onorum causa una est. Si bono malum est contrarium/ mali causæ multe sunt. Non tamen mala faciũt rationes atq; uires ulle: sed ipotentia & infirmitas: atq; incongrua quædam permixtio dissimiliũ. Mala nec imobilia sunt/ neq; semper eodem modo se habẽt. Sed infinita &

indeterminata. Et in aliis aliter peruagantia: atq; his insuper infinitis.

℄ Malum non habet proprium principium aut finem sed utriq; resultat ex bono. ℄ Marsilius.

f Ecundissima boni potestas q̃ plurimos rerũ uariarũ gradus in latitudinẽ longitudineq; produxit. In amplissima quidem latitudine/ ꝓpter naturæ distantiã oppositio contrarietasq; contigerũt. Vnde malũ aliis ab aliis accidit. In longitudine uero gradus minores paulatim suscipiente/ defectus euenit: qđ est malum. Quapropter bonũ dicitur principiũ esse malorũ. Dicitur quoq; finis. Nisi enim res moueantur/ alie aliis nõ nocebunt nec usquã præuaricatio fiet. Mouenť aũt cõmuniter oẽs ad bonũ Quemadmodũ existunt & mouenť a bono. Ignis sane hunc spectat finem/ ignẽ propagare/ quod est bonũ. Interea huius boni gratia dissoluiť aer: qđ est malum. Incontinẽs oblectamentũ bonũq; sensus appetens/ interim huius gratia transgrediť ordinem: quod est malũ. Cum igiť quod propriã substantiam est habiturũ propria quædã oporteat habere principia ꝓpriosq; fines: malũ uero non habeat: sed ad oppositũ suum idest ad bonum utrinq; forte sequatur/ merito primã substantiã nullam possidet. ℄ Dionysius.

m Alorum omnium principium atq; finis est bonum. Boni namq; gratia oĩa tum bona/ tum contraria fiunt. Nam & mala facimus/ appetentes bonũ. Nullus enim malũ spectans/ quæ facit aggrediť. Quapropter neq; substantiam malum habet: sed præter substantiã existẽs/ substantia nititur aliena. Vtpote quod non sui quidem/ sed boni dumtaxat gratia perpetratur.

℄ Malum est per accidens neq; proprium principium habet aut finem. ℄ Dionysius.

m Alum esse dicendũ est per accidẽs: atq; ꝓpter aliud: nec ex principio proprio. Itaq; cũ agitur/ forte rectum quidẽ esse uideť: quoniã boni gratia geritur. Re autẽ uera non est rectum. Quia quod bonum non est/ opinamur bonum.

℄ Malum præter intentionem accidit & ad infirmitatem priuationemq; ubiq; pertinet. ℄ Marsilius.

p Lato noster sepe probat Boetiusq; cõprobat/ malos hoĩes & impotentes & infortunatos existere. Quoniã uoti cõpotes nunquã fiãt. Optant enim agere cõsequiq;/ quod sibi reuera sit bonũ. Id aũt nũquã peragunt/ sed more cecoꝝ incidũt clam in malum. Malum igitur sicut homini præter intentionem accidit/ sic arti: sic naturæ. Ingenioso satis cætera patent. ℄ Dionysius.

d Emonstratũ est/quãdo malum agitur/aliud quidẽ esse quod optatur:aliud uero quod agit̃.Nõ ne igit̃ malum est præter uiam.Præter intentionẽ præter naturã/ præter causam/ præter principium/ præter finem;extra terminũ.extra uoluntatẽ.extra substãtiam . Itaq; malũ est:priuatio:defectus:infirmitas: inconcinnitas:error. Scopo idest signo. Pulchritudine. Vita.intellectu. Ratione.Perfectione. Fundamẽto.Causa. destitutũ.Interminatũ.Sterile.Iners.Imbecillũ cõfusum.Dissimile. Infinitũ.Tenebrosum.Essentia carẽs. Ipsumq; nullo mõ ac nusq̃ & nihil existẽs.

¶ Cum malũ non per se: sed per bonũ possit aliqd/ certe nõ malum sed bonum est uniuersi principium. ¶ Marsilius.

c Vm essentia potestas actio ad bonũ proprie tanq̃ oibus exoptãda pertineãt/nimirum ad oppositũ boni malũ pertinere nõ possunt. Itaq; cum malũ nihil per se ualeat/sed forte aliqd tantũ ratione boni certe non duo sunt omniũ principia.s.bonum atq; malum.imo solũ est uniuersi principium. ¶ Dionysius.

q Vonam pacto malũ omnino quicq̃ ualet! Sola uidelicet permixtione boni. Quod enim oĩo bono uacuũ est/neq; est aliquid/neq; potest quicquã.Etenim si bonũ est & existẽs & appetendũ & ualidum atq; efficax/quonã modo boni contrariũ aliquid poterit! Quippe cũ essentia uoluntate potentia actione sit captum.

¶ Quid malũ in demone in anima in corpore. ¶ Dionysius.

n On oibus oĩno eadẽ/& secundũ idem mala sunt. Demoni quidem malũ est/q intellectus eius amisit ipsam boni formã. Animæ q ratione deficit.Corpori quod a natura desciuit.

¶ Bonũ prouidet oibus:beneq; malis utitur. ¶ Marsilius.

p Rouidere nihil aliud est/q̃ subdita bene disponere ad bonũq; pducere. Cũ igitur ipsum bonũ oibus bene faciat: ac bene disponat ad bonũ/omnib⁹ certe puidet.Malũ uero & si præter intentionẽ prouidentiæ accidit/cognoscit̃ tamẽ ab ea redigiturq; ita bonũ. ¶ Dionysius.

q Vonam modo/cũ sit prouidentia/omnino mala sunt! Malũ quidẽ qua ratione malũ/nec existens aliquid est:nec in existentib⁹ aliquid. Nec quicquã extra puidentiã est in rebus. Neq; enim est malũ existens aliquid/permixtionẽ boni nõ habens. Iam uero si nihil in rebus boni participatione caret/malũ uero est defectio quædã a bono:resq; nulla boni prsus est expers/ puidẽtia diuina cũcta cõpræhẽdit: nihilq; puidentiæ gubernatione deserit̃.Sed his quoq; qui mali fiunt/ puidentia bene utit̃ ad aliquã uidelicet uel ipsoꝝ/uel alioꝝ siue priuatam/siue cõmunem utilitatem.

¶ Prouidentia ſingula pro modo cuiuſq; regit. Animum ſemel liberum non compellit ad bonum. ¶ Marſilius.

Ria diuinæ prouidētiæ ſunt officia. Primū qdē quādo cōpoſuit uniuerſum/ſuis quæq; gradibus ubiq; diſponere. Secundū uero res ſingulas quo naturaliter ordine ſunt diſpoſita/conſeruare: ac ſi præuaricentur/in ordinē mox illa redigere. Tertiū deniq; ita regereq;/mouere ſingula/ſuaq; cuiq; diſpēſare/quēadmodū naturæ cuiuſq; cōuenit. Cū igitur alia quidē ab initio cōſtituerit tanquā tota/alia uero tanquā partes. Itē alia ſuperiora/alia inferiora. Rurſus alia qdē ſtabilia: alia uero mobilia: & mobilia rurſus alia ex ſeipſis libero quodā motu mouēda/alia uero ab aliis agitāda cōſequēter ſuis quæq; cōſeruat gradibus/ & pro captu cuiuſq; diſpenſat. Vniuerſalia qdē munera totis/particularia partibus maiora ſupioribus paſſim ordinibus iferioribus uero minora: ſtabilia nō ipellit ad motū. Per ſe libero motu mobilia/nuſquā cogit. Naturaliter coacta nō liberat. ¶ Diony.

Nicuiq; uero propriæ puidet/quapropter uanū multorū ſermonē nequaquā admittimus: qui aſſerunt diuinā puidentiā opportere/ nos ad uirtutē uel inuitos ipelleræ. Nō eni puidētiæ eſt naturā peruertere. Imo uero qua ratione eſt puidentia eſt uniuſcuiuſq; naturæ ſeruatrix. Quapropter his/quæ per ſe mouētur tanquā libero motu mobilibus prouidet. Totiſq; & ſingulis/quēadmodū illis atq; his ppriæ cōuenit. Quatenus eorū natura: quibus puidetur/capere poteſt totius uniuerſaliſq; prouidentiæ benefica munera prouidenter/pro modo ſuo unicuiq; diſtributa.

¶ Malum non eſt quidem habere aliquid: ſed bonum proprium non habere. ¶ Marſilius.

Alū demonis uel animi/non eſt habere aliquid: ſed potius non habere. Nō habere inquā bonū. Nō inquā quodlibet bonum. Sed bonum propriæ ſuū ad quod uidelicet cōſequendū eſt naturaliter inſtitutus. Iā uero non male ſe habet animus ſi nō cōſequatur angelicā dignitatē. Imo ſi nō ſuam. Similiter non male ſe habet angelus: ſi diuinā ipſa minus aſſequitur: ſed ubi minus angelicā. ¶ Malū tum cognitione tum in appetitione conſideramus. Ibi quidē peruerſa opinio. Hic autē peruerſus dicitur appetitus. infirmitas utrobiq;. ibi quidē conſequendi ueri. hic autē aſſequēdi boni. Qui falſum opinatur/quod nō eſt opinatur. Similiter appetere malū dicitur/qui quod nō eſt infeliciter eligit ideſt autē quod nō eſt ipſi re uera bonū. Ibi quidē opinio falſa nō eſt cognitio/ ſed cognoſcendi defectus. Hic ſimiliter appetitio mali/eſt quædā ifirmitas appetitus. ¶ Demones dum naturalia ſibi munera diligunt/ eligunt profecto aliquid atq; bo-

num. Verumtamen dum in his solis eligũt conquiescere tanquã summũ bonũ quod nõ est iterim eligũt .i. quod nõ est bonũ summũ imo uero summum malũ. Quippe cũ inde primi boni fruitione priuent. ℭ Dionysius.

m Alum igitur nec est aliquid existens: nec est in rebus existẽtibus aliquid. Malũ eñi nusquã existit/ qua ratione malũ. At qui & fieri malum nõ est potẽtie/ sed impotẽtie potis. Nempe demonibus/ hoc ipsum quod sunt/ & ex bono est & bonũ. Malum uero his est ꝙ a bonis propriis sint prolapsi. Atq; circa identitatẽ habitumq; fuerint permutati: perfectionẽq; angelicã sibi conuenientẽ ob infirmitatem propriam nõ impleuerint. Appetunt illi quidem bonum/ dum esse uiuere/ intelligere diligũt. Rursumq; nõ appetunt bonum/ dum quod nõ est desiderãt. Neq; est istud appetere; sed ab appetitione uera potius aberrare. ℭ Marsilius.

ℭ Malum & crimẽ incognitione est/ non cognoscere bonum quod cognosci & potest & debet: uel actionẽ conferentẽ ad id negligere. ℭ Dionysius.

n Os autẽ incognitione delinquentes sacra uocant eloquia/ qui circa boni notionẽ haud latentẽ/ uel circa effectionẽ se debiliter habent. Et q uoluntatẽ quidẽ nouerũt/ neq; tamen faciunt. Qui audierunt quidem infirmi uero sunt circa fidem/ aut operationẽ boni. Iam uero nolunt quidã intelligere ut bene faciant/ propter quãdã peruersionẽ quod saepe iam diximus: ĩfirmitas & imbecillitas & defectus/ uel simpliciter cognitionis: Vel cognitionis communiter note/ uel fidei aut appetitionis/ aut actionis boni. ℭ Marsilius.

ℭ Delictum per infirmitatẽ non est excusabile. Quia diuinum subsidium præsto est ĩfirmis querẽtibus & petẽtibus atq; pulsantibus. ℭ Dionysius.

d Ixerit uero quispiam: infirmitatem/ supplicium non mereri: sed ueniam. Si igitur non licuisset posse/ recte forsan esset obiectum. Sin autem ex ipso bono uires suppeditantur. Quod ut sacra eloqa docent omnibus simpliciter conuenientia tribuit/ non est ignoscendum/ siquis per ignauiam ab ipso bonorum propriorum habitu diuinitus procedente aberrauerit diuerteritq; & effugerit atq; ceciderit. Verum hæc in libris de iusto diuinoq; iudicio satis a nobis pro uiribus sunt exposita. In qua quidem sacra disputatione diuinorum eloquioruȝ ueritas sermones sophisticos inique mendaciterq; contra deum loquentes/ tanquam delirantes cõfutauit & repulit. ℭ Marsilius.

ℭ Epilogus de muneribus boni. Bonum est principium finis/ comprehẽsio omnium. Omnia bona facit. Malum nullum. Format informia. Ornat deformia. mala conuertit in bonum. ℭ Dionysius.

de bono.

n Vnc aūt satis a nobis pro uiribus celebratū est ipsum bonū ut re ue ra ammirandū. Vt principiū oīum atq; finis. Vt rerū omniū compræhensio. Vt speciē nō existentib⁹ afferens. Vt bonoꝝ oīum causa. Vt mali nullius causa. Vt ꝓuidentia & bonitas uniuersa. Et quæ sunt & q̄ nō sunt/oīa supereminens. Mala quoq; & sui ipsius priuationē quādā afficiens bonitate. Oībus desiderādum & amandū & ad sufficientiā diligendū; & reliqua/quæ in superioribus/uerarū (ut arbitror) ratio demonstrauit.

℄ Appellationes boni/ entis/ uitæ/ sapientiæ/nō significant ipsam ꝓprie in deo naturā. Sed munera quædam eiusmodi rebus diuinitus distributa.

℄ Marsilius.

p Latonicorum more post ipsum unū bonūq; & eius oppositum/ ad ipsum ens ipsamq; uitā & sapientiā eternitatēq; ꝓficiscit̄. Verūtamen in uno eodēq; uniuersi principio putat hæc oīa cōtineri. Hoc enim esse omniū causam finalē & efficientē atq; exemplarē. Notionē uero eius/tanq̄ finis/esse bonū. Sed tanq̄ efficientis ens atq; uitā. Deniq; tanq̄ exēplaris/intellectū atq; sapientiā. Cū igitur finis quidē agentē mouere soleat/ & agens exēplar adducere/merito deū primo contēplatus est ut bonū. Deinde. Vt essentia atq; uitā. Tertio ut itellectū & sapientiā & exemplar. Nusq̄ uero tractare hæc audeatur ea ipsa sup eminentissima rōne qua in ipso sunt deo. Ita enim nec per intellectū/ nec per unitatē mentis apicē intelligentia superiorē attingi possunt. ℄ Sed per appellatiōes huiusmodi potius uult intelligi munera quædam ex diuina ꝓuidentia uniuersi gradib⁹ distributa. Per ipsam quidē appellationē boni/beneficos ꝓcessus per oīa passim entia atq; nō entia uel usq; ad materiā primā/boni ꝓrsus auidam/quāuis nō essentiæ compotē. Per appellationē uero entis aut uitæ/ uires diuinitus ꝓcedentes distribuentesq; singulis citra materiā existendi munus atq; uiuendi. Pluribus tamē esse q̄ uiuere cōcedentes. Per cognomētum intelligentiæ uel sapientiæ/quosdā diuini splendoris effluxus. Cognitionē gradatim triplicē largientes/itellectualē quidē angelis: rōnalem uero nobis. Sensualē deniq; brutis. Ipsum autē inter hæc deū extare cogita sup bona atq; bonitatē. Sup entia similiter & essentiā super uiuentia uitāq;. Super oīa quæ sapiunt atq; sapientiam.

℄ Dionysius.

t Ranseundū uero nunc est ad ipsam apud theologos entis ipsius uere existentē appellationē. Sed prius ammonituri sumus nō esse nostri sermonis propositū; essentiā ipsam super essentialē/ qua rōne super essentialis est/explicare. Id enim est ineffabile & cognitionē expositionemq; antecellit; ipsamq; exsuperat unionē. Sed potius celebrare quendā

ab essentia diuina supereminēte ꝓcessum/omnibusq́ sunt/essentiā largientem. Diuina sane appellatio boni cūctas ipsius oīum causæ processiones explicans/per oia & quæ sunt & quæ nō sunt/extendit. Et sup ea quæ sunt / ac super illa quæ nō sunt/existit. Ipsius uero entis appellatio per oīa quæ sunt porrigit. Atq́ super omnia quæcūq́ sunt eminet. Cognomentū uero uitæ per uiuentia cuncta diffunditur: ac sup uiuentia uiget. Sapientiæ tandē denominatio per oīa intellectualia rationaliaq́ & sensualia propagat. Et hæc omnia superat. Has itaq́ sermo noster diuinas appellationes diuinā prouidentiā explicantes/celebrare desiderat. Non enī super essentialē ipsam profitetur exprimere bonitatē essentiāq́ & uitam atq́ sapientiā super essentialis deitatis ipsius: super oēm bonitatē/deitatem/essentiam/ uitā/ sapientiā in occultis/ut eloquia tradunt eminentissime cōsistentis. Sed beneficā prouidentiā foras iam prodeuntē eminentēq́ bonitatē omniūq́ bonorū causam & ens & uitam & sapientiā celebrat uidelicet tanquā essendi/ & uiuēdi/ sapiendiq́ causam omnibus quæ essentiæ/ uitæ/ intelligētiæ rationis sensus quo quomodo participant.

¶ Nefas est ponere tanquā principia plura/bonum essentiam/ uitā/ mentem. ¶ Marsilius.

P Latonici quidā ꝑcipue Proclus effectuū ordinem cogitātes/in hoc uniuersalissimā ponebāt potentiā quādam boni naturaliter auidā & capacē/tanquā uel primæ materiæ cōpetentē. Præter hanc latissimā ponebāt essentiā per quaslibet formas supra materialē subiectū usq́ quaq́ diffusam. Tertio latitudinis gradu uitā/paucioribꝰ. Quarto mentē paucissimis attributā/post hæc autē sed ad causaꝝ ordinē transferētes/putabāt uniuersaliorē effectū gradatim in causam uniuersaliorē superiorēq́ referendum. Effectū uero minus cōmunē/in causam quoq́ minus uniuersalē. Quā obrem in ordine causarū primā quidē constituebant ipsum bonū. Secundā uero essentiā. Tertiā similiter uitam. Quartā deniq́ mentē totidemq́ substantias inter se disiunctas deosq́ fingebant. Nos autē opiniones eiusmodi in cōmentariis in Plotinū nostris talia nō probantē/nō probamus. Atque hic una cū Dionysio reprobante/pariter reprobamus. ¶ Causa quidē quo uniuersalior est/eo superior & ꝑfectior/atq́ uicissim. Hæc enim & plura potest agitq́ latius: & uires cōtinet aliarū. Effectus autē cōtra/quo cōmunior/eo iulior. Pauciores enim ipse dotes habet/ & a possessoribus pluribꝰ occupatur & ad alios refert omnes ut ad fines. Sicut potētia formabilis ad essentiam. Hæc ad uitā/hæc ad sensum. hic ad rationē. hæc ad mentē. Mens uero effectus minime uniuersalis plenissima natura est cōmunioꝝ effectuum ui

res melius in se possidens. Cōpræhendit enim in se rōnis/ sensus/ uitæ/ essentiæ/ potentiæ bona. Præstat igit effectum eiusmodi paucioribꝰ quidē commune/ sed plurima possidentē ad causam referre superiorē. Atq; illā potius intellectū appellare quā essentiā aut uitam. Quod si super intellectū excogitamus bonū/ ꝓpterea id efficimus quoniā intelligentiā uidemus non seipsa contentā esse: sed tanquā finē appetere intelligibile/ uel plusquā intelligibile bonū. ℂ Hoc igit excelsum bonū/ amplissimū habens iperium agit oia/ & in oibus agentibus operatur. Potentiā quidem boni auidā quasi materiā & uiam atq; mediū retulit ad essentiā quasi formā atq; finē. Hanc similiter ad uitā. Hanc ad sensum. Hunc ad rationē. Hanc ad mentē. ℂ Tu uero summatim si cōmuniores passim effectus/ esse memineris iuliores/ Proculū nō probabis/ per cōmuniores effectus superiores causas disponentē. Nam & si munus amplissimum non potest nisi a causa prima amplissimæ uidelicet operante procedere/ nefas tamē est conceptam ex ipso ulissimo notionē/. in supremo principiorum culmine collocare scilicet ex hac uel potentia/ uel essentia illam Satius enim erat ex itellectu saltē sicut diximus hanc accipere.

ℂ Dionysius.

n On tamē aliud esse bonū ipsum asserimus. Aliud ipsum ens. Aliud uitam uel sapientiā. Neq; multas esse causas/ deitatesq; alias opifices alioꝝ superiores iter se atq; inferiores. Sed unius dei bonos ꝓcessus oēs/ diuinasq; appellationes celebratas a nobis. Et alia quidē appellatione uniuersam unius dei prouidentiā explicari. Aliis uero uniuersaliora deinceps minus ue uniuersalia dei eiusdē munera designari. ℂ Sed obiecerit forte quispiā hunc immodū. Cum ens quidē uita sit amplius/ uitaq; latior quam sapientia/ quid nam in causa est ut uiuentia rebus dumtaxat existentibus prestantiora sint: sensualiaq; solum uiuentibus. Sensitiuis aūt rationalia. Rationalibus uero ipsi similiter intellectus. Qui & circa deū uersantur/ propinquioresq; existunt. Tam & si opportebat/ quæ dona maiora diuinitus acceperunt/ ꝓstantiora quoq; esse cæteraq; superare. ℂ Verum si quis intellectualia fingeret essentia uitaq; carere/ recte forsitan fuisset obiectum. Sin aūt intellectus diuini & sunt super cætera quæcūq; sunt/ uiuūt super uiuentia cætera: & intelligunt cognoscūtq; super sensum/ atq; rationē: ac præceteris omnibus/ pulchrum bonumq; desiderant/ atq; participāt/ nimirum ipsi magis uersantur circa ipsum bonum/ qui & hoc uberius perfruunt/ ac plura insuper & maiora illinc munera perceperunt. Quemadmodū & rationalia/ solo sensu utentibꝰ eminent. Quippe cum hæc illa munere rationis excedant, Sensualia similiter facultate sensus excedunt uiuentia. Atq;

hæc similiter per uitam sequentia superant. Idq(ut arbitror)uerũ est/ quæ
unius dei infinitis muneribus abundantis magis participant/ ꝓpinquiora
quoq sunt ipsi: diuinioraq illis quæ minus talia perceperunt.
¶ Ipsum bonũ est entis uniuersi causa. In rebus permanentib⁹/est uis ipsa
manẽdi. In rebus mobilibus est ipsa efficatia motus. ¶ Marsilius.

Ens & esse tribus pcipue modis cõsideramus. Primo quidẽ ens & es
se simpliciter: nullo uidelicet pter ipsam entis simplicẽ rõnem addi
to. Secũdo ens aliqd/scilicet ignẽ uel hoiem speciesq reliquas. Ter
tio esse tale calidũ/frigidum currens/atq similia. Esse quidẽ simpliciter na
turali quodã originis ordine prius est q̃ aliquid esse. Similiterq hoc priusq̃
esse tale. Esse itaq tale/ex eo editur qđ est esse aliquid. Hoc autẽ ex eo qđ est
simpliciter esse. Hoc iã ex nullo. Cum uero ex nullo ente/ens efficere/ꝓpter
discrepantiã infinita/solius sit infinitæ potentiæ/solus deus ꝑcreat esse sim
pliciter/per potentiã uidelicet ipso simpliciter ente superiorẽ. Nam & hoc
ipsum ens/sicut est cõmunissimũ: ita uilissimũ/tanq̃ prorsus egenũ editum
mox post nihilũ/nihilo proximũ/expectãs pfectiores deinceps essendi gra
dus. Per quos gradatim perducaẽ ad bene atq melius esse: seu ad uitam ad
sensum ad rõnem/plantã animalq & hominẽ. Perducitur aũt ad bonũ me
lius gradatim ab ipso bono esse totius uidelicet auctore. Sicut enim ad hoc
ipsum principiũ ptinet proferre simpliciter esse/ratione (qua diximus) ita
insuper & afferre esse aliquid atq tale & oino bene meliusq esse. Perfectio
ra eni ubiq & pfectissima munera simul atq cõmunissima/ ad communissi
mam causam pertinẽt simul atq perfectissimã. Quod ergo sis simpliciter.
Quod sis homo. Quod sis albus currẽs atq legẽs, uniuersum habes ab ipso
deo/in singulis essendi gradibus/efficatius interiusq q̃ causæ simul oẽs agẽ
te. Vniuersum igiẽ ens ab ipso bono est superiore q̃ ens. Quod quidẽ bonũ
si quãdo nominaẽ ens: sic tanq̃ totius entis auctor & pfector conseruatorq
nominaẽ. ¶ Entia quædã semper firma pmanent. Quædã uero mouenẽ.
Illa quidẽ eterna. Hæc uero tẽporalia nũcupanẽ. Cõtinuitas in illorꝫ statu/
est eternitas. Perpetuitas in horũ motu/tẽpus. Cardo uero uigorq/tũ cõti
nuitatis illius tum ꝑpetuitatis hui⁹/est ipse deus. Qui & in his quæ perma
nent/est ipsa essentiæ firmitas simul atq ueritas. Et in his quæ generantur/
est uis ipsa generationis efficax. ¶ Essentia quidẽ & natura in his Dionysii
uerbis significant specialẽ ipsam cuiuslibet rationẽ/ illa quidẽ substantiarũ/
hæc aũt & qualitatũ. Existentia uero & substãtia rem hanc & illã potius sin
gularẽ. Illa quidẽ quãlibet/hæc uero substantialẽ eternitates & tẽpora dicit.
Quoniã platonici in qualibet mente suã ponunt eternitatẽ. In qualibet ani

ma cælesti sphæraq; & elementali specie suum tempus. Vbiq; uero perseuerantia existit ex deo (ut Timeus docet). ℭ Dionysius.

